VARIORVM
EPIGRAMMATVM
PARS ALTERA

AVCTORE

HIERONYMO PAVONIO VITERBIENSI.

SENIS

Ex Typographja Publici MDCLXXIII.
SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

CVM S. Congregatio S.R.& Vniuerſalis Inquiſitionis Decretum ediderit, quo inhibuit imprimi poſſe geſta, Elogia, Epigrammata hominum ſeù mulierum, qui, vel quæ Sanctitatis ſeù Martyrii fama è vita migrauerunt, ſine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hactenus ſine ea impreſſa ſunt, nullo modo vult cenſeri approbata tum etiam neque Typis mandari poſſunt, miracula, & reuelationes, & opera Seruorum, Seruarumque Dei, niſi prius facta proteſtatione in principio Libri, quod iis nulla adſit authoritas ab Eccleſia Romana, ſed fides tantùm ſit penès Auctorem. Quare Decreto S. Cong edito die 13. Nouemb. anno 1658 ea qua par eſt reuerentia inſiſtendo, profiteor, non alio à me ſenſu ea ſcripta fuiſſe, quæ in paruo hoc libello, & præcipuè in tribus Epigrammatis de rebus in Iaponia geſtis, continentur.

Digitized by Google

EPIGRAMMATA SACRA

LIBER PRIMVS.

******

Cur primo ſolemnis Ieiunij die caput ſacris cineribus ſpargatur.

EPIG. I.

SI ſemper cineres ſubſidũt partibus imis,
His mihi cur ſpargit dextera ſacra caput?
In gelidos cineres ſi lux extrema reſoluet:
Cur ieiuna gemit puluere prima dies?
Hoc ſanctè inducto Mortalis more doceris:
Vt menti ſit mors vltima, prima tuæ.

CHRISTVS DOMINVS ET CATHARINA

Vt melius amentur, inaudito hactenus exemplo, cor ſibi inuicem mutuantur.

EPIG. II.

(gas,
DVM ſupplex precibus cælũ Catharina fati-
Purius vt puro pectus amore flagret.
Quo melius Sponſæ Sponſus pia vota ſecundet,
Mens viget inuentis ingenioſa nouis.
Sponſus habet Spõſæ cor, cor tenet iſta Tonãtis,
Pectore qui melior ſurgere poſſit amor!
Ignito igneſcunt frigentia pectora corde,
Frigida corda ſui pectoris igne rubent.
Sponſa ſed AEthereũ Spõſum iã vincit amãdo:
Cor Sponſæ flamma dum meliore calet.
Diuinum eſt cor, diuinus quo Sponſus amatur:
Hic Spõſam humana ſed face cordis amat.
Audeat æthereum victum quis dicere Spõſum?
Quod poſſit Numen vincere, Numen erit?
Qui vincat Deus eſt: vincit ſua munera munus:
Vincere nam nouit non niſi victus amor.

BEA-

B. ALOYSIVS GONZAGA

Ludens vmbram puellæ in pariete oſculari recuſat.

EPIG. III.

DVM teneros inter ludis de more Sodales,
Diluit & ludi crimina pœna leuis.
Oſcula pœna tibi fuerat, dare frigida muro:
Hic vbi virgineæ pingitur vmbra genæ.
Oſcula quæ puro refugis fixiſſe labello,
Pictaque vel tenebris Virginis ora times.
Ludicra num vero ſoluetur crimine pœna?
Crimen, ais, tantum non mihi ludus erit.
Culpæ vmbrā fugito, fugias vt crimē, in vmbris
Non vmbra culpæ tacta virago caret.
Piſander propriam fugiens, ſi deſipit, vmbram,
Dū fugit hanc vmbrā, quam puer iſte ſapit!

ELEAZAR

Triumpho ſuo tumulatus.

EPIG. IV.

ANtiochum contra miſcet dum prælia Iudas,
Et grandes animos, tam pia cauſa facit:
Ingens mole viros Elephas ſupereminet omnes,
Quem circum ſpiſſi militis arma fremunt.
Hunc ſibi præ cunctis Eleazar deſtinat hoſtem,
Quo victo, dixit, cœtera turba cadet.
Fert etenim dorſo pugnantem bellua regem,
Bellua Getulis non minor ipſa iugis.
Nec mora: per medios latè via ſternitur hoſtes,
Diſtricto magnam qua petit enſe feram.
Iamque tenet, pedibuſq; feræ permixtus, in aluū
Cum gladio ſtrictum conijcit, & capulum.
Bellua cæſa cadens victorem comprimit: ingens
Victori tumulus bellua facta ſuo eſt.

D. PHI-

D. PHILAREDVS VICES BOVIS

Quem pauperi elargitur ſubire non detrectat.

EPIG. V.

Dilexit tantum diues Philaredus egenos,
Excolat vt pauper factus arator agros.
Pauperis è binis eſt vnus munera taurus,
Nec tauri dubitas ipſe ſubire vices.
Colla iugo ſubdis, nodo vinciris eodem
Vt bos diue foris, te ligat intus amor.
Virtuti huic magnæ cæleſtes plaudite mentes:
Bos homo pro cęlo eſt, ſi mihi numē homo eſt.
Scinduntur ſolidæ vix tactæ vomere glebæ,
Nam benè te viſo dura liqueſcit humus.
Non eget vrgeri ferro ſtimulante Iuuencus,
Exemplo impellis ſat Philarede tuo.
Nec præcepta ſacræ tu dicas ardua legis,
Quæ modo mortales, vel docet eſſe boues.
Non hoc AEmilij vultu duxere triumphos,
Quo gerit hic lætus culta per arua iugum.
Fortius eſt tauris durum nam pectus amantis,
Nulla nec AEthereus pōdera ſentit amor.
Ferre Iouem tauri formā hæc ſi cauſa moueret,
Dixiſſem taurum nunc decet eſſe Iouem.

IVDITH

IVDITH

De Holopherne Triumphat.

EPIG. VI.

CVlta comas, veſteſq; hilaris ſuccīcta decoras,
Quæ tibi nūc, Iudith, dic age, cauſa viæ eſt?
Liquiſſe obſeſſæ muros non eſt timor vrbis,
Dum ſtrepit armato milite victus ager?
Eſt ſpes, ſūt vires Holophernem vincere pugna.
Arma vbi ſunt? fortis robore miles? eques?
Vna ego miles, eques, mihi ſū ſat fœmina: ferrū
Tu mihi deuictus dux Holopherne dabis.
Hæc ait: Aſſirijs Iudith mox capta maniplis,
Pulchra nimis ſæuum ſiſtitur ante Ducem.
Illius hic dictis captus, formaque placenti,
Vna, ait, hæc poſthac quo placet ire, poteſt.
Noctis at in tenebris Holophernē aggreſſa iacētē,
Ipſius enſe ducis turgida colla ſecat.
Turgida colla ſecat, caſtriſque egreſſa, reciſum
Pendere excelſa iuſſit ab arce caput.
Anne placet comptam Dauid præferre puellam?
Funda illi, & lapides: eſt tibi nuda manus.
Congreditur viſo paſtor pius eminus hoſti:
Cominus aſtantem non timet iſta virum:
Abſcidit extincti Goliat fera guttura Dauid:
Viuentis ſecat hæc colla ſuperba Ducis.

MOISES

MOISES PARVVLVS
Aquis expoſitus.

EPIG. VII.

Nilliacis fertur ciſta qui paruulus vndis?
Quantus honos fronti! gratia quāta genis!
Sit pudor ah ventis tam paruam lædere puppim:
Et tibi dediſcat fallere lympha fidem.
Pupule ſed placido tutos cape flumine ſomnos,
Dum ſpirat velis aura ſecunda tuis.
Ruſtica regales intrabit ciſtula portus,
Iura dabis populis, qui modò ſeruus eras.
Audior: en puerum læſuris extrahit vndis
De Pharij virgo ſanguine nata Ducis.
In ſpem regnorum nutritur paruulus aula:
Et puerum Regis barbara iuſſa iuuant.
Conſilia ò ſemper telluris inania cælo!
Quem puerum princeps enecat, aula fouet.
Conſita vimineis ſeruat te ciſtula virgis:
Sed mage virga poteſt, quā tua dextra feret.
Fluminis exiguas viciſti paruulus vndas,
Maiorem maior te timet vnda maris.

D. GAIE-

D. GAETANVS TIENAEVS

Clericorum Regularium Fundator quartum arctioris paupertatis votum nihil petendi emittit.

EPIG. VIII.

PAupertate magis noſtro nil odimus orbe:
Proh tamẽ hãc quantũ, ſed Gaetanus amat!
Nec ſatis eſt omnem periturani linquere gazzã,
Ni tu mortalem ſpem quoque deſpicias.
Ne petat hic primus votis ſibi guttura clauſit:
Sed reſerant clauſum guttura muta polum.
Quid non è cælo paupertas muta lucratur:
Nulla loquax tantas lingna tuliſſet opes.
Hæc ſacras ædes argento ditat, & auro:
Extruit iſta domos, ſternit, & iſta toros.
Vos eadem paſcit, Cæli quæ menſa volucres:
Floribus, & ſimili ſidera veſte tegunt.
E nihilo Numen tantum ſi condidit orbem:
Vos quoq; Numen idem paſcit, & è nihilo:
Non timet in nihilo tellus fundata ruinam:
Fundata hæc ſtabit Relligio in nihilo.

ABRA-

ABRAHAM
Iſaac Vnigenitum Deo immolat.

EPIG. IX.

ERgo etiam in prolem genitoris ſæuiet enſis?
Humana & cælo victima cæſa placet?
In matris luctum riſus tu gigneris Iſac
Surget an è fuſo ſanguine progenies?
Crimina quæ primo patraſti flore iuuentæ?
Tam citò, tam pulcher deſſuet oris honor?
Funibus hæc potuit lactentia ſtringere membra?
Hanc patris & potuit dextra parare pyram?
Non tamē hæc poterit lethale infligere vulnus,
Decidet inuita noxia ſica manu.
Intrepidam, fallor, ceruicem pupule flectis,
Fortis & elato fulgurat enſe pater.
Sed prohibet vulnus, vulnus qui iuſſerat axis:
Sat patrem cælo eſt, hanc voluiſſe necem.
Haud mortē cælum voluit, ſed munera mortis;
Nec placuere polo funera, ſed meritum.

SIMEON

SIMEON STYLITA
Octoginta annis Columnæ inquilinus.

EPIG. X.

QVam tu viuendi Simeon auctoribus aſtris
Addiſcis formam,nos quoque Diue doce.
Saxea ſublimes tantùm ſimulacra columnas
Credideram, duras incoluiſſe domos.
Viua etiam æſtiuos poterunt contemnere ſoles
Corpora, & è duro non riguiſſe gelu!
Inſomnes traxiſſe diù noctesque, dieſque
Mortali cintus puluere poſſit homo!
Seù ſtando valeat ſomnos quis ducere? vel quæ
Nam queat erectis artubus eſſe quies?
Quod mage nūc durū eſt?an quæ pede marmora calcas,
Vel tua quæ virtus pectore clauſa manet?
Sed tua nunc meritò tellus oracula poſcit,
Qui colis excelſo proximus aſtra loco.
Nō genus humanū par turrim eſt tollere; nomē
Quæ terris ſpargat, tollat in aſtra caput.
Perficis vnus opus Simeon, felicibus auſis:
Alta tuo eſt turris preſſa columna pede.
Mole polos æquat,quod dat tibi ſidera marmor:
Vt nomen ſpargat, facta columna tuba eſt.

B. ROSA

D. ROSA VIRGO PERVANA

Caput acutiſſimis ſpinis cingit.

EPIG. XI.

CVR Roſa præduris circũdas tẽpora ſpinis?
Eſt roſa virgineis apta corona roſis.

Tutatur ſi ſpina roſas, arcetque rapinas:
Non pœna eſt flori, non dolor illa ſuo.

Vt mea virgineum defendat ſpina pudorem:
Eſt mea quæſitus nunc mihi ſpina dolor.

DYMPNA

D Y M P N A

Hyberni Regis filia ob ſer-uatam pudicitiam à Patre occiditur.

EPIG. XII.

FIlia Dympna fuit caſtiſſima Regis Hyberni,
Cui ſuperũ humano in corpore forma fuit.
Hanc pater haud patris turpi dilexit amore:
Dum crimen negat hęc,eſt amor ipſe furor.
Eſt amor ipſe furor, quo filia cæditur inſons,
Victima facta ſuæ Dympna pudicitiæ.
AEternùm vt viuat generoſæ gloria prolis,
Nomen Dympnæ hoc cum carmine mar-
mor habet. (Dympnæ
Dympna placet patri, placuere haud crimina
Cæſa cadit: cælo plus placuiſſe placet.
Non ſibi ſed patri lacrimas pia filia poſcit:
Sit queis terſa patris culpa precatur aquis.

D.CA-

D. CAROLVM BOROMEVM

Exploſus à nefario ſclopus non lædit.

***
****

EPIG. XIII.

ANte aras ſupplex procũbens Carolus orat:
Hæret humi poples, mens leuis aſtra tenet.
Impius exploſo miſcet dum funera plumbo,
Ignea glans ſacros concidit ante pedes.
Innocuo tenuem feriens nam vulnere byſſum,
Extinčto vires perdidit igne ſuas.
Denotat internum candorem byſſina veſtis:
Quæ tetigere niues, nil potuere faces.

D. RO-

Digitized by Google

DIVA ROSA VITERBIENSIS

Viterbio à Friderico Secundo iuſſa exulare, eiuſdem Friderici funus vicino in oppido prædicit.

EPIG. XIV.

EXilio immeritam plectis Friderice puellam:
Illa tibi indicit funus ab exilio.

Iam nuda armato potuit plus Principe Virgo:
Indixiſſe mage eſt funera, quàm exilium.

D. FRAN-

Digitized by Google

D. FRANCISCVS BORGIA

In Tabula Sacram Euchariſtiam inconniuenti oculo contemplatur.

EPIG. XV.

QVid Franciſce ſacræ defigis lumina frugi,
Has mortale nequit cernere lumen opes.
Cælatum melius numen cor cernit amando,
Quæque ibi fixit amor vulnera, ſunt oculi.
Vulnera ſunt oculi, diuina & vulnera philtra,
AEthereo & terris hæc in amore duces.
Non amat ignotam certò ſine lumine formam,
Cui grata hæc cordi Numinis eſca ſapit.
Non viſis paleis ſociantur ſuccina: magnes,
Et quæ non vidit, dura metalla trahit.
Vertagus in leporem quamuis nõ viderit, ardet,
Atq; feræ ad prædam prouocat vnus odor.
Lucis egens nullus diuino incenditur igne:
Nã ſatis omnis amãs, quo flagrat, igne videt.
Claude oculos ergo, pateat ſed pectus amori,
Hac breuior cordi ſemita nulla tuo eſt.
Sed bene diuino reſerantur lumina ſoli:
Cælatũ hac Numen, qui dape credit, amat.

TRES PVEROS

In fornace Babilonis ignis non lædit.

EPIG. XVI.

VEra ne nunc vigilans cerno? an ſub imagine falſa
Illudunt media ſomnia facta die?
Num læſiſſe nequit lactentes flamma puellos?
Quæ circum aſtantes tot vorat igne viros?
En ardens ceſſit læta in viridaria fornax,
Ignita & pingui rore madeſcit humus.
Sunt prunæ flores, ardentia ligna cupreſſus,
Decurrit gelidis torrida flamma vadis:
Fumantes ignes hauſtu dulciſſimus aer:
Vos auium pueri voce canora cohors.
Se cultore ſatos huc numen tranſtulit hortos:
Hinc manet ignito tutus ab enſe locus.
Non fas eſt alijs veſci tam mitibus auris:
O puerum felix incola ſola trias.
Non flexiſſe genu trepidum, iuuat ante coloſsũ,
Nec pauida ſaxis tura dediſſe manu.
Fortior eſt flammis, regnat quæ pectore virtus.
Fortia tam nequijt corda ferire rogus.

DIVVS

DIVVS THOMAS AQVINAS

Cuius è pectore Sol pro gemma pendet.

EPIG. XVII.

AVdit vt Alberti Thomas præcepta magiſtri,
Flumina doctrinæ, quo bibit ore, ſilet.
Turba Bouem mutum dixit veſana ſophorum,
Dum nequit Angelicũ cernere cæca iubar.
Contra Albertus ait: quos mugitus dabit ore,
Quem vos nunc mutum dicitis eſſe bouem!
Hic franget duras doctrinæ vomere glebas,
Et ſacer in meſſes hoc boue ridet ager.
Si neſcis? ſunt hæc taciturna ſilentia noctis,
Quæ ſolem gemmam pectoris ore parit.
Quo cæli, incertum eſt, niteant de lumine ſtellæ:
Terrarum hoc vno ſydera ſole nitent.

D. CASIMIRVS REGIS POLONIAE Filius Mortem connubio præfert.

EPIG. XVIII.

LEthali languens morbo Caſimire laboras,
Cui cor Sarmaticis puriùs eſt niuibus,

Vnica ſed tibi vitandæ ſupereſt via mortis,
Victa maritali colla dediſſe iugo.

Plus vita placuit florem ſeruaſſe pudoris,
Quo ſine te nunquam viuere poſſe putas.

Caſtæ caſtus apis naturam moribus æquas,
Viuere quæ demptis floribus vna nequit.

D. BER-

D. BERNARDVS

Lac è Virginis Vberibus ſugit.

EPIG. XIX.

LAc vbi virgineo decurrens vbere potas,
Gutture non lambis, cor tibi labra dedit.
De puro ne fonte bibas non anxius hæres,
Sedatur nulla ſuſpicione ſitis.
Vbere virgineo ſugis dulciſſima mella,
Queis tua de riuis pagina ſcripta fluit.
Clitorijs aurit quiſquis de fontibus vndas,
Illi non Baccus, ſed mera lympha, ſapit.
Dulcia virginei libas dum flumina lactis,
Vllæ non lymphæ, vina nec vlla placent.
Nõ vndæ, non vina placent, non fercula menſis:
Odiſti terras: numen & aſtra placent.
Nè dubites; ſcandes factus iam paruulus axem:
Lactentes pueros ianua parua capit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SIMEON STYLITA

Octoginta annis Columnæ inquilinus.

EPIG. X.

QVam tu viuendi Simeon auctoribus aſtris
Addiſcis formam,nos quoque Diue doce.
Saxea ſublimes tantùm ſimulacra columnas
Credideram, duras incoluiſſe domos.
Viua etiam æſtiuos poterunt contemnere ſoles
Corpora, & è duro non riguiſſe gelu!
Inſomnes traxiſſe diù noctesque, dieſque
Mortali cintus puluere poſſit homo!
Seù ſtando valeat ſomnos quis ducere? vel quæ
Nam queat erectis artubus eſſe quies?
Quod mage nũc durũ eſt?an quæ pede marmora calcas,
Vèl tua quæ virtus pectore clauſa manet?
Sed tua nunc meritò tellus oracula poſcit,
Qui colis excelſo proximus aſtra loco.
Nõ genus humanũ par turrim eſt tollere; nomẽ
Quæ terris ſpargat, tollat in aſtra caput.
Perficis vnus opus Simeon, felicibus auſis:
Alta tuo eſt turris preſſa columna pede.
Mole polos æquat,quod dat tibi ſidera marmor:
Vt nomen ſpargat, facta columna tuba eſt.

B. ROSA

D. ROSA VIRGO PERVANA

Caput acutiſſimis ſpinis cingit.

EPIG. XI.

CVR Roſa præduris circūdas tēpora ſpinis?
Eſt roſa virgineis apta corona roſis.

Tutatur ſi ſpina roſas, arcetque rapinas:
Non pœna eſt flori, non dolor illa ſuo.

Vt mea virgineum defendat ſpina pudorem:
Eſt mea quæſitus nunc mihi ſpina dolor.

D Y M P N A

Hyberni Regis filia ob ſer-uatam pudicitiam à Patre occiditur.

EPIG. XII.

Filia Dympna fuit caſtiſſima Regis Hyberni,
Cui ſuperũ humano in corpore forma fuit.
Hanc pater haud patris turpi dilexit amore:
Dum crimen negat hęc,eſt amor ipſe furor.
Eſt amor ipſe furor, quo filia cæditur inſons,
Victima facta ſuæ Dympna pudicitiæ.
AEternùm vt viuat generoſæ gloria prolis,
Nomen Dympnæ hoc cum carmine marmor habet.
Dympna placet patri, placuere haud crimina (Dympnæ
Cæſa cadit: cælo plus placuiſſe placet.
Non ſibi ſed patri lacrimas pia filia poſcit:
Sit queis terſa patris culpa precatur aquis.

D. CA-

D. CAROLVM BOROMEVM

Exploſus à nefario ſclopus non lædit.

****

EPIG. XIII.

ANte aras ſupplex procūbens Carolus orat:
Hæret humi poples, mens leuis aſtra tenet.
Impius exploſo miſcet dum funera plumbo,
Ignea glans ſacros concidit ante pedes.
Innocuo tenuem feriens nam vulnere byſſum,
Extincto vires perdidit igne ſuas.
Denotat internum candorem byſſina veſtis:
Quæ tetigere niues, nil potuere faces.

D. RO-

DIVA ROSA VITERBIENSIS

Viterbio à Friderico Secundo iuſſa exulare, eiuſdem Friderici funus vicino in oppido prædicit.

EPIG. XIV.

EXilio immeritam plectis Friderice puellam:
Illa tibi indicit funus ab exilio.

Iam nuda armato potuit plus Principe Virgo:
Indixiſſe mage eſt funera, quàm exilium.

D. FRAN-

D. FRANCISCVS BORGIA

In Tabula Sacram Euchariſtiam inconniuenti oculo contemplatur.

EPIG. XV.

QVid Franciſce ſacræ defigis lumina frugi,
Has mortale nequit cernere lumen opes.
Cælatum melius numen cor cernit amando,
Quæque ibi fixit amor vulnera, ſunt oculi.
Vulnera ſunt oculi, diuina & vulnera philtra,
Æthereo & terris hæc in amore duces.
Non amat ignotam certò ſine lumine formam,
Cui grata hæc cordi Numinis eſca ſapit.
Non viſis paleis ſociantur ſuccina: magnes,
Et quæ non vidit, dura metalla trahit.
Vertagus in leporem quamuis nõ viderit, ardet,
Atq; feræ ad prædam prouocat vnus odor.
Lucis egens nullus diuino incenditur igne:
Nã ſatis omnis amãs, quo flagrat, igne videt.
Claude oculos ergo, pateat ſed pectus amori,
Hac breuior cordi ſemita nulla tuo eſt.
Sed bene diuino referantur lumina ſoli:
Cælatũ hac Numen, qui dape credit, amat.

TRES PVEROS

In fornace Babilonis ignis non lædit.

EPIG. XVI.

VEra ne nunc vigilans cerno? an ſub imagine falſa
Illudunt media ſomnia facta die?
Num læſiſſe nequit lactentes flamma puellos?
Quæ circum aſtantes tot vorat igne viros?
En ardens ceſſit læta in viridaria fornax,
Ignita & pingui rore madeſcit humus.
Sunt prunæ flores, ardentia ligna cupreſſus,
Decurrit gelidis torrida flamma vadis:
Fumantes ignes hauſtu dulciſſimus aer:
Vos auium pueri voce canora cohors.
Se cultore ſatos huc numen tranſtulit hortos:
Hinc manet ignito tutus ab enſe locus.
Non fas eſt alijs veſci tam mitibus auris:
O puerum felix incola ſola trias.
Non flexiſſe genu trepidum, iuuat ante coloſsũ,
Nec pauida ſaxis tura dediſſe manu.
Fortior eſt flammis, regnat quæ pectore virtus.
Fortia tam nequijt corda ferire rogus.

DIVVS

DIVVS THOMAS AQVINAS

Cuius è pectore Sol pro gemma pendet.

EPIG. XVII.

AVdit vt Alberti Thomas præcepta magiſtri,
Flumina doctrinæ, quo bibit ore, ſilet.
Turba Bouem mutum dixit veſana ſophorum,
Dum nequit Angelicũ cernere cæca iubar.
Contra Albertus ait: quos mugitus dabit ore,
Quem vos nunc mutum dicitis eſſe bouem!
Hic franget duras doctrinæ vomere glebas,
Et ſacer in meſſes hoc boue ridet ager.
Si neſcis? ſunt hæc taciturna ſilentia noctis,
Quæ ſolem gemmam pectoris ore parit.
Quo cæli, incertum eſt, niteant de lumine ſtellæ:
Terrarum hoc vno ſydera ſole nitent.

D. CASIMIRVS REGIS POLONIAE Filius Mortem connubio præfert.

EPIG. XVIII.

LEthali languens morbo Caſimire laboras,
Cui cor Sarmaticis puriùs eſt niuibus.

Vnica ſed tibi vitandæ ſupereſt via mortis,
Victa maritali colla dediſſe iugo.

Plus vita placuit florem ſeruaſſe pudoris,
Quo ſine te nunquam viuere poſſe putas.

Caſtæ caſtus apis naturam moribus æquas,
Viuere quæ demptis floribus vna nequit.

D. BER-

D. BERNARDVS

Lac è Virginis Vberibus ſugit.

EPIG. XIX.

LAc vbi virgineo decurrens vbere potas,
Gutture non lambis, cor tibi labra dedit.
De puro ne fonte bibas non anxius hæres,
Sedatur nulla ſuſpicione ſitis.
Vbere virgineo ſugis dulciſſima mella,
Queis tua de riuis pagina ſcripta fluit.
Clitorijs aurit quiſquis de fontibus vndas,
Illi non Baccus, ſed mera lympha, ſapit.
Dulcia virginei libas dum flumina lactis,
Vllæ non lymphæ, vina nec vlla placent.
Nō vndæ, non vina placent, non fercula menſis:
Odiſti terras: numen & aſtra placent.
Nè dubites: ſcandes factus iam paruulus axem:
Lactentes pueros ianua parua capit.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

D. FRANCISCVS BORGIA

In Accipitris venatu à prædæ raptu, ex quo maius oblectamentum oriri ſolet, oculos auertit.

EPIG. XX.

ACcipitris placido venatu Borgia gaudet,
Dum curas fugiens otia ruris amat.
Præda ſed immiti volucris dũ ſtringitur vngue,
Lætitia & maior de nece parta venit:
Auerſo iugulas naſcentia gaudia viſu:
Delicium & cordis plus tibi pœna placet.
Libera dum nimium venatu lumina gaudent,
Mœſta dolent pœnis corda carere nouis.
Delicium cordis pœna eſt, ſunt gaudia luctus,
Dum viſu gaudent lumina, corda gemunt.
Eſſe ſimul nequeunt ſi corda, & lumina læta:
Gaudia ſint cordi, ſint oculis lacrymæ.
E lacrymis ſi mœſta gemant quid lumina refert:
Dum tibi de vitæ gaudia fonte fluunt?
Venatu credat, quis nam tormenta requiri!
Nõ fera, ſed pœna eſt, quæ tibi capta placet.

DIVAE

DIVAE AGATHAE

Mammillam Quintianus Præfectus præcidi iubet.

* * * * *
* * *

EPIG. XXI.

DVm coluiſſe negat lapides pro Numine Virgo,
Præcidi mammas ſæue Tyranne iubes.
Non hæc, exclamas, lactabunt vbera partus,
Odiſſe AEthereum quæ potuere Iouem.
Sed dum ſæua facit crudelis iuſſa ſatelles,
Prætorem his dictis Virgo locuta ferit.
Nō pudor eſt ipſas torquere in Virgine mā̄mas,
Suxiſti cupido quas prius ore puer.
Verum humana tibi nunquā dedit vbera mater:
Vbera ſed rabidæ ſunt tibi preſſa Tigris.
Lactaſſem nunquā virgo mea pignora; ſed nūc
Creſcentem lactat cæſa papilla fidem.

DIVVM

DIVVM PETRVM DE ALCANTARA

Ningente Cælo diuinitus ſuſpenſæ ſuper caput niues non lædunt, quas ſæpe in voluntarias pœnas adhibuerat.

EPIG. XXII.

FRigida dum pluuio deſcendũt vellera Cælo,
Terraque concretis vndique candet aquis:
Molle tuam refugit ceruicem lædere vellus,
Texit & è neta pendula vela niue.
Proh mirum madido latitas ſub tegmine ſiccus,
Quin ipſo credam te caluiſſe gelu.
Illius hæc ſacræ nam ſunt miracula dextræ,
Vt lanam gelidas quæ pluuit axe niues.
Vmbrarum naturam imitatur pœna: ſequentes
Illa fugit; tergum, ſi fugis, illa premit.

FLOS

FLOS INDICUS

Diuini Funeris imago.

EPIG. XXIII.

INdia quem miſit, noſtris benè conſitus hortis
Flos modo diuinæ mortis imago viret.
Nam calice in medio ſurgit lacrymabile lignum,
Malleus, & claui, vulnera, flagra, vepres.
Sorte pari his pœnis cur non mihi pectora florēt?
Flos magis hic domino, quā mea corda dolēt?
Mella labris ſaltem cæleſtia dona legendo,
Hic ego depaſti ſim pia floris Apis.
Gutture mella bibā, queis roſcida lumina ſudēt,
Et creſcat lacrymis planta rigata meis.
Perpetuo hoc motu ſemper mea vita laboret:
Et quē lympha negat, lacryma noſtra dabit.
Et ſi me ſuperas florem Natura ferendo:
Sic eris inuentis tu quoque victa meis.

D. LVDOVICVS BELTRAMMVS

Conuerſum in Crucem ſclopum manu gerit.

EPIG. XXIV.

QVę Beltrāme ſacrę tibi ſūt geſtamina dextrę?
Vita ne dulce virens, an libitina ferox?
Pacato optatam num defers AEthere pacem,
An ne minas potius, bellaque ſæua moues?
Deſuper AEthereæ ſurgunt ſimulacra ſalutis;
Inſtrumenta feræ pars necis ima tenet.
Carmina non tales nobis finxere chimæras,
Quas etiam in templis picta tabella docet.
Sunt tamen hæc ſacri certiſſima ſymbola ligni,
Dat lignum vitam, quod dedit ante necē.
Sic vitæ in germen bombarda exploſa vireſcit,
Diuus & è mortis ceſpite floret amor.
Diſcipulum paſſi quis te neget eſſe Tonantis?
Quod facis in ſclopo, præſtitit ille cruci.

B. STANISLAVS COSTKA

Angelorum miniſterio ſacra fruge paſcitur.

EPIG. XXV.

STaniſlaus amat Cæleſtem mandere frugem,
Qua Deus humano manditur ore cibus
Sed quod fortè ſubit peregrinus Sarmata tēplū,
Non nitet è vera Religione ſacrum.
Nam colitur tactis Lutheri labe miniſtris,
Neſcia Cæleſtes ora parare dapes.
In largos ergo ſoluuntur lumina luctus,
Teſtanturque ſuam pectora mœſta famem.
Nec mora pulſatis pubes delabitur aſtris,
Quæ patrio farctam detulit axe dapem.
Paſceris AEthereo diuina fruge miniſtro:
Tantaque de tanta plus placet eſca manu.
Fallor: an è noſtra ſaperent plus fercula dextra?
Fit minor AEthereo Teſte probata fides.
Corpora cur timeant eſcis perijſſe negatis,
Si non hac pateris vel caruiſſe dape?
Sed tua quæ tantis arſerunt pectora flammis:
Accenſa hac vna corda fuere face.

EVA

E V A

Primi criminis inter mortales patrati exemplum peſſimum.

EPIG. XXVI.

COnſita diuina calcas viridaria dextra
Pulchris Eua comis, Eua decora genis.
Poma dapes præbent maturis dulcia ſuccis,
Et leuat, & reddit limpida lympha ſitim.
Corpora non morbi, triſtes non gaudia curæ
Perturbant, ſplendent & ſine fœce dies.
Vnica vos vrgent ſummi præcepta Tonantis,
Ne quiſquam vetita ex arbore poma voret.
Frangere quæ ſerpens demōſtrat callidus hoſtis,
Et miſeros fecit, dum docet eſſe deos.
Funeribus corpus; mens eſt mœſtiſſima curis,
Nix, glacies lædunt fulmina, flabra diem.
Fronte fluens ſudor ſitientes temperat agros,
Et culta in meſſes arua vepreta ferunt.
Exornant noſtras condita cadauera menſas,
Et diluta meris pocula ſunt lacrymis.
Hæc toleranda tamen nobis eſſent mala: ſed plus
Patrati exemplo criminis Eua noces.
Illa etenim vitæ ſunt dona erepta caducæ,
Hoc tibi ſed cælum, ni caueas, rapiet.

IOSEPH

IOSEPH
IN CARCERE

In illa verba. *Ferrum pertranſiit animam eius.* pſal. *104.*

EPIG. XXVII.

IN Dominum, in Superos reus eſt quo crimine Ioſeph?
Vt noſtros ſtringant ferrea vincla pedes?
Arguit auctorem me falſæ fœmina culpæ:
Fœmina concepto crimine mæcha ſuo.
Cogere nos refugos ad gaudia turpia tentat,
Effugio iniectis vix puer è manibus.
Pallia quæ linquo tactu maculata nefando,
His mihi tu ſpolijs aſtruis aucta nefas.
Inuiſis damnor tenebroſi carceris vmbris:
Et ſcelus eſt nobis, non placuiſſe ſcelus.
Tu ciſterna vetus cur non mihi fata dediſti?
Hic vbi fraternæ depoſuere manus.
Et ſi de nullis ſtagnabas ſicca fluentis,
Stagnaſſes lacrymis humida facta meis.

His

His ego demerſus periiſſem paruulus vndis,
E proprijs moriens conlacrymatus aquis.
Turpia non noſtrum fœdaſſent crimina nomen,
Quorũ vmbra eſt nobis mors odioſa minus.
Quiſquis & audito luxiſſet funere Ioſeph:
Peſſima dicta foret ſi fera cauſa necis.
Nunc mea vel ſæuæ damnabunt funera Tigres:
Si potui domini fallere iura tori.
Vos mihi vitales eſtis nunc carceris vmbræ,
Dũ ſua non potis eſt cernere mẽbra pudor.
Diſpliceo ipſe mihi falſo de crimine fœdus,
Noſtra ſibi ferrent cognita membra necem.
Odiſtis miti non vos me pectore fratres;
Hic falſus verum nunc amor eſt odium.
Quod ferit occulta terebratum cuſpide pectus:
Sunt enſes cordi crimina falſa meo.

D. LAVRENTIVS

In flammis ridet.

******

EPIG. XXIX.

LAurenti in medijs lætus carbonibus ardes,
Et ſæuo aſſatum non dolet igne latus.

Quin etiam arguta compellas voce Tyrannum,
Combuſtiſque virent artubus ore ſales.

Maiori interius pectus nam flagrat ab igne:
Nec nocet internis extima flamma rogis.

Sic elementa ſua ſpoliantur pondere ſede:
Nec patrio eſt vnquam noxia flamma polo.

IOSVE

IOSVE
Solem ſiſtit.

EPIG. XXX.

QVinque coronatæ coeunt in bella phalãges,
Iſacio vt populo ſubripiant Gabaon.
Ioſue quos contra fortis ciet agmina ductor,
Tutaturque ſuis mœnia militibus.
Mox in Amorreos Cæli data iuſſa ſecutus,
Diſtricto gaudens irruit enſe viros.
Sed vix nudatum cernit turba impia ferrum,
Cogitur vt turpi membra dediſſe fugæ.
Ductores nequeunt fugitiuas ſiſtere turmas:
Et pugnæ eſt vnus membra ferire labor.
Cædendo at victrix nimium ne dextra laboret,
Nubibus agglomerant ſaxa rotata neces.
Dum lapides fugiunt, ferri ſunt vulnera munus;
Humana eſt votum dulce perire manu.
Venturæ at ſolum reſtat ſpes vnica noctis,
Cuius ſub tenebris mens latuiſſe fuit.
Hoc tamen effugium pateat ne Ioſue victis,
Sol contra Gabaon ne mouearis, ait.
Proh mirum medio Phœbus conſiſtit in axe,
Et ſolis lucem duplicat vna dies.
Iuſſa hominis ſi phœbe facis? mihi dicere fas eſt:
Huius phœbe ducis tu quoque miles eras.

D. PAV.

D. PAVLINVS NOLAE EPISCOPVS

Sacri Paſtoris verum exemplar.

EPIG. XXXI.

QVidquid habet diues Paulinus donat egenis,
Vt pretio pedibus vincula victa cadant.
Fœmina ſed luget detentam compede prolem:
Atq;ait, exclamās: hāc quoq; redde pater.
Quid faciat dubius Paulinus mente volutat,
Aurea cum loculis nulla moneta ſonet.
Idem emptor pretium ſit Præſul, dixit, emantur
Vincla, parens redeat pignore læta ſuo.
Dein Libyæ ardentis ſcrutatus littora, proles
Vincula quæ linquit, tu pater ipſe ſubis.
Quam benè paſtoris ſeruas nunc munera! dū tu
Hoc etiam errantem littore quæris ouem.
Ruſticus at domino dum raſtris excolis hortos,
Excoluit nullus tam benè cordis agrum.
Teſſala ne iactet mihi quis viridaria Tempe:
Hoc mage flore virens Africa terra places.
Præſulis hoc cū flore pedū pia dextera ſtringat,
A lapſu tuto ſi cupit ire pede.
Hic Gregis, hic Cæli verum inſtillabit amorem:
Pro grege vincla gerēs quā benè paſcit oues!

Digitized by Google

S V S A N N AE
CASTISSIMAE MATRONAE
Innocentia defenſa, & Senũ fraus punita.

EPIG. XXXII.

Vincta tuas Susāna manus,quo duceris insōs?
Proh ſcelus!immeritę quę tibi cauſa necis?
Crediderim potiuś maculatam crimine lucem;
Et poſſe inuiſas ſordibus eſſe niues.
Quam quod legitimum fœdarit fœmina lectũ,
Fœmina nota ſuo flore pudicitiæ.
Pulchra quidē,pulchro regnat ſed pectore virtꝰ,
Alba liguſtra genis, lilia corde nitent.
Ah veſtram Superi celeres defendite cauſam:
Plus Superos proſit, quam timuiſſe viros.
Audior: exclamat Danielus ſoluite vinctam:
Fœmina nullius criminis iſta rea eſt.
Criminis arguitur fœdum dum crimē abhorret:
Eſſe reos cernunt lumina noſtra ſenes.

Suſan-

Digitized by Google

Suſannæ inuictum audentes tentare pudorem,
Dū negat hæc crimen, vulnera, fata parāt.
Turba polos credit pueri ex ore locutos:
Et dixit: Iudex tu puer eſto ſenum.
Ore ſuo auditi mox hi mendacia pandunt,
Et proprio mortis iudicat ore reos.
Nec mora: mentitos tempeſtas ſaxea vultus
Tundit: in auctores verſa ruina ſuos.
Hoc memori inciſum ſeruatur marmore carmē:
Fraus iacet hic, cælo vindice, victa ſenum.

INSVLA IAPONICA Poſt tot Chriſtianorum ſanguinem fuſum, cum aliquot ab hinc annis ſacro cultore careat, Adhuc in fide conſtans, & nouis ſemper palmis, & coronis triumphans ſpem bonæ frugis promittit.

EPIG. XXXIV.

QVi ſero latitat fluctu poſtremus Iapon,
Nunc cultore caret, non caret ille fide.
Plurima quin medijs conſurgit palma vepretis,
Atque ſuo meſſem ſanguine ſanguis habet.
Chriſtiadum nullæ ſuccident germina pœnæ:
Quæ ſemper fuſus ſeuit vbique cruor.
Frugibus admiſſo melius cultore redundet:
Neſcia cultorem fallere terra ſuum.
Tu fueras palmis ſemper mihi diues Idume:
Purpurea & fueras veſte decora Tyrus.
Ciuibus an ſolum placeat dare funera palmas,
Qui ferat has poſthac Aduena nullus erit?
Aduena non ferro pereat, nec ſanguine Ciuis:
Chriſtiadum regnet pacis amica fides.
Pulchrior elucet pulſis vt nubibus AEther,
Sanguinea ſurgat ſic tibi nube dies.

DE

DE BEATAE MARIAE VIRGINIS

Meritis, & Gratia propemodum infinita.

IN ILLA VERBA

Signum magnum apparuit in Cælo &c. Apoc. 12.

EPIG. XXXV.

QVod valet humanis corpus conſurgere membris,
Poſſit vt aſtrorum vincere mole cyclos.
Sufficiat tota in veſtes vix lampade Phœbus;
Preſſaque ſit plantis Cynthia parua ſuis.
Bis ſex vix ſtringant ingentia tempora ſtellæ:
Viſaque ſit ſuperis fœmina magna plagis.
Sed iam mortalis mirari deſine: Virgo
Eſt meriti, haud moles corporis iſta tui.
Tu meritis homines vincis, menteſque beatas:
AEterno tantum Numine facta minor.
Hinc tibi nunc ingens debetur gloria: tantis
Eſt meritis merces debita ſummus honor.

ABEL

ABEL IVSTVS,

Dum Cælo iudice fratri præfertur, à fratre occiditur.

EPIG. XXXVI.

FRatris ob inuidiam primo dum læta veniret,
Ergo ne cæſus Abel, flore iuuenta iaces?
In te ſic Cæli aſtra ſuum teſtantur amorem?
Virtuti hæc merces reddita digna tuæ eſt?
Paruula nulla tuo nata eſt de ſanguine proles,
Extinctus viuas cuius in ore pater.
Fœcunda eſt tantum fuſo de ſanguine tellus,
Audito immeritam quæ gemit ore necem.
Iuſtitiam ſic mente colis? ſic pinguibus aras
Accendis gregibus? ſic pius aſtra times?
Anteferunt, citius perdant vt Sydera fratri,
Si tam ſæuit amor, quid facerent odia?
Terrarum imperium excuſſo conſorte Cainus
Patrata fructum de nece victor habet.
Ergo age: quid dubitas? deuicto ex hoſte triũphos
Ducere calcato fratre Caine tuos?

Cur

Cur pauidus trepidas? terris cur omnibus erras?
Sic felix vincis? ſic quoque victor ouas?
Sanguine cæſus Abel mercato regnat in axe,
Fontibus, & potat gaudia vera ſuis.
Texta nitet de Sole chlamys, dāt ſydera ſertum,
Vulnera ſunt gēmæ, lignea claua thronus.
Si neſcis? ſic cæſus Abel præfertur, amatur:
Si ſapis? haud alius ſit tibi carus amor.



DE

DE D. IO: BAPTISTAE CAEDE

IN ILLA VERBA

Et attulit caput eius in diſco &c. Marc. 6.

EPIG. XXXVIII.

CVr geris aurato ceruicem fœmina diſco,
Quam vili ſæui militis enſe feris?

Si meruere mori Baptiſtæ guttura: cur hæc
Mortua de gemmis lanx pretioſa tulit?

Scilicet hac docuit diuorum funera lance,
Sint benè funeribus quam pretioſa ſuis.

Præualuit Dauid aduerſum Phyliſteum in funda, & lapide. *1. Reg. 17.*

EPIG. XXXIX.

ERgo iaces pueri dextra deuictus ab vna,
Qui tanta populis mole timendus eras!

Profuit hamatus magno quid pondere thorax?
Ferrea quid forti lancea ſtricta manu?

Hæret in ingenti paruus ſi fronte lapillus,
Atque minax proprio ſcinditur enſe caput.

Hoc proſtrata iaces humana ſuperbia campo:
Quis Goliat vicit? linéa funda, puer!

DIVVS

DIVVS NONNVS PRAESVL

Pelagiæ in ornando corpore ingenium, & artem admiratur.

EPIG. XXXX.

PVlchrior vt pulchro placeat Pelagia vultu;
Fœminei robur deuouet ingenij.
Quam ſacer intento Præſul dum lumine cernit,
Non hoc in tanto Præſule turba probat.
Audet & inſoliti rationem expoſcere facti:
Exorta vt careat ſuſpicione ſenis.
Miror, ait, tantũ colat hæc cur fœmina corpus!
Nec menti ornandæ ſit mihi par ſtudium.
Hæc homini vt placeas ſi tu Pelagia præſtas,
Quid cælo vt placeã nunc ego Præſul agã?
Scilicet obductis plus noctua cernit in vmbris,
Quam radijs lucis filia nata ſuis.

MISCEL-

MISCELLANEA

LIBER SECVNDVS.

CLEMENS X. P. M.

Dum ad Lateranenſem Baſilicam ſolemni Equitatu properat, Sol conſueto lumine ſplendere non audet.

EPIG. I.

DVm de more petit Laterana Palatia Clemēs,
Inferat vt dominos in ſacra templa pedes:
Vidimus innocuas cælo pendere tenebras,
Feruere nec ſolito Solis ab igne polos.
Sed ſatis è placido Clemens mihi fulgurat ore:
Purpurei in phaleris ſat micuere Patres.
Sat ſolido duplices arcus fulſere metallo:
Sat nitet ornatu ſemita quæque ſuo.
Luſiadum Orator crocea ſat veſte coruſcat:
Sat fulget larga ſparſa moneta manu.
Solis ad aſpectum fugiunt ſi Sydera cælo,
Alterias Stellas cur modo Phœbe fugis?
Alteriæ proprio Stellæ dum Sole renident,
Debuit hoc vno Sole nitere dies.

LVDO-

LVDOVICO XIV.

GALLORVM REGI

Rhenobergam victori ingreſſo

Virgines floribus vias ſternunt: Rex victis aurum ſpargit.

EPIG. II.

INtrat Rhembergæ victor Ludouicus in arcē,
Floribus, & ſternit plurima virgo vias.

Rex ſolidum ſpargit fluxis quo floribus aurum,
Aurea Victoris munera victus habet.

Mactatur templis romano victima ritu,
Araque de vera Relligione calet.

Vincere ſi cupiat Batauus iam vincier optet:
Gallia pro captis arcibus aſtra dabit.

AD

AD LVDOVICVM XIV.

GALLIARVM REGEM

Pro miſſis Vexillis Batauis Reginæ reſponſio.

EPIG. III.

DVm puerũ genui vexilla Holandica mittis,
Grandia victrici rapta trophæa manu.
Haud alia infantem generoſum faſcia ſtringet,
Ebibat vt totis cordibus ille patrem.
Immiſta his pietas vero cum robore regnat,
Dum bellum hoc ſacra Relligione nitet.
Has pueris dotes mater regalibus opto:
Has tu cum poto pupule lacte bibes.
Sed ſpolia illacrimans puer hæc ingentia cernit:
Viſus & eſt tales vſque dediſſe ſonos.
Si victo tantos Genitor capit hoſte triumphos,
Quæ proles poſthac ipſe trophæa feram?

C OE L I V S
PICOLOMINEVS
S. R. E. CARDINALIS

AEgros omnes in extremo mortis agone laborantes ſua præſentia recreat, & eiſdem benè precatus, ex Pontificia auctoritate omnium noxarum veniam elargitur.

EPIG. IV.

QVā benè Paſtoris ſacra munera Cœlius im-(plet:
Quam benè commiſſi paſcit oues pecoris!
Te Paſtore lupus ieiuno dente recedet,
Dum te cuſtodem funeris Agnus habet.
Quos animos animis Præſul luctantibus affers,
Affers dum celeres ſuppetias precibus.
Non mihi, non vlli fera iam Libitina timetur:
Eſſe etiam in votis funera ſæua iubes.
Haud fas eſt vita properantem euadere mortem,
Sed fas eſt ſanctis viuere funeribus.
Hinc caue ſollicitus pretioſam perdere vitam:
Qua noſtrum vitæ munera funus habet.
Hoc nunquam parcæ ſuccidant forfice ſtamen,
Publica quo pendet ſtâmine vita pari.
Noſtra tua viuunt vita dum funera: phœnix,
Tu ſemper noſtro è funere ſurge nouus.

AD

Digitized by Google

AD EVNDEM
COELIVM PICOLOMINEVM
S. R. E. CARDINALEM
Ob lautiſſimam cœnam Patribus rure datam.

EVCHARISTICON.

EPIG. V.

DVlcia quid mirum dederis ſi fercula rure,
Hoc Quintus nobis, quod dedit ante Pius.
Nempè Pij creuere duo de ſanguine tanto,
Tertius hoc tu ſed nomine, ſextus eris.

AD EVNDEM
Dum Villam ingreſſus frigidos ſine igne cineres reperit.

EPIG. VI.

QVid mirũ extinctis alget quod villa caminis,
Si Princeps flamma tu meliore cales?
Non fuit accenſæ lignis villa indiga prunæ,
Dulcia dum melius fercula coxit amor.
Hoc vno pueris mater lac conquoquit igne:
Dum Pater es, Matris fungeris officio.

AD EVNDEM
Ob Comitatem qua Patres cœna excepit.

EPIG. VII.

Sũt Pipio, Artocreas, Pullaſter, Cruſtula, Poma
Dulcia, ſed Comis dulcior ipſe cibus.

MAGNVS

MAGNVS AETRVRIAE PRINCEPS

Generoſam indolem ludens prodit.

EPIG. V.

TElluri illiſum vitreum cratera puellus
Fregerat, & riſu ludrica facta probat.
Increpat hunc rigida morū ſed fronte magiſter:
Et puero indicit: Dux pater iſta ſciet.
At puer vt taceat ſubmiſſa voce precatur:
Quæ cauſa eſt luſus cur ſciat ille meos?
Dū tamē hic ſurdas precib' malè porrigit aures:
Quid faciat tacitus mente puer reputat.
Omnia mox abaci confringens pocula virga:
Non illud narra, dixit, at iſta patri.
Ludentes pueri vitrum ſi fregimus vnum,
Te cenſore decet frangere cuncta Ducem
Factum non laudo, puerū nec crimine damno:
Nam pueri luſus quod rogo crimen habet?
Indolis indiciū hoc magnæ, ſed quis neget eſſe?
Nā Magnis Ducibus nonniſi magna placēt.

DE

DE GALLICAE NOBILITATIS FLORE

In Iſalæ traiectu extincto.

EPIG. IX.

FLumina ſi lactant creſcentia lilia, Gallæ
Iſala cur Florem Nobilitatis habes?
Debueras facilis generoſæ parcere pubi,
Immitem neſcit, quæ timuiſſe necem.
Irruat in timidas funus lacrymabile mentes:
Impauida æternùm viuere corda decet.
An non dum foderet Druſo fuit vna voluntas,
Arcere hoc gentes gurgite barbaricas.
Barbarus an tibi viſus Longauilla? ferire
Quem quiſquis potuit, barbarus ille fuit.
Sed non tot gelido tumulantur ſydera fluctu.
Sydera, quæ ſemper fluctibus orta nitent.
Nomina de veſtro capiant nunc funere lymphæ,
Victura æternis funera nominibus.
Quas modo ſed Batauas carpis tu Gallia palmas,
Iſala de gallo ſanguine tincta rigat.

AD ILLVSTRISSIMVM DOMINVM
I V L I V M
GORIVM PANNELLINVM
Collegii Senenſis Societatis IESV Munificentiſſimum Benefa-ctorem.

E P I G. X.

VEndere dũ cupiunt vbertima prædia Patres,
Vt noua de veteri ſurgat in aſtra domus.
Camporum emptorem Patribus ſe Iulius offert,
Atque auri quatuor millia ſunt pretium.
Nec mora: numorũ promiſſa numiſmata pēdis,
Sed campos Emptor ſumere ſule negas.
Rem ſimul, & pretium leges tenuiſſe reclamāt,
Sed tenuiſſe tuus lex noua iuſſit amor.
Alta tuis ſurgunt fabricata palatia nummis,
Conceſſiſque virent frugibus arua nouis.
Tecta ruent: tanti ſtabit, ſed gratia facti,
Atque redux campis meſſis amoris erit.
Nos fruges: noſtro vos corde metetis amores,
Queis nulla inuiſi turbinis aura nocet.
Exigua hæc merito fuerint ſi præmia terris:
Axis ager vobis, & domus axis erit.

AD

AD ACADEMIAM INFOECVNDORVM

Sub Auſpicijs Beatæ MARIAE ad Niues erectam.

In cuius Phrenoſchemate eſt campus niuibus obrutus cũ lemmate. Germinabit.

EPIG. XI.

Ergo ne de gelidis naſcẽtur germina nimbis?
Vſque ſuo & poterunt flore virere niues!
Alma Ceres potius medijs adoleſcet arenis,
Baccus, & æquoreis creſcet adultus aquis.
Sed bene: virginei ſunt hæc miracula partus,
Prole ſua fœtas qui docet eſſe niues.
Sic quoque de ſterili florebunt germina gleba,
Virginea ſparſus ſi niue campus erit.

C L OE L I A
Cum cæteris Virginibus Obſidibus

Tyberim tranans ſe ab hoſte proripit incolumem. *Liuius lib. 2.*

EPIG. XII.

VOrticibus rapidū Tyberim dū Clęlia tranat,
Et certum obſidibus per vada pandit iter:

Dedale Fœminea fugiendo vinceris arte,
Icarus è ſocijs fœmina nulla fuit.

Aereos ſindis campos tu remige penna,
Per fluctus pennis hæc ſpoliata volat.

CATO

CATO VTICENSIS

Antequam Mortem ſibi inferat, Platonis libros de immortalitate animi legit.

EPIG. XIII.

LIbertate Cato extincta dū viuere neſcit,
Seruitio & præfert mens generoſa necem:
Nuda prius ſtricto feriat quam viſcera ferro,
Miſtaque cum fuſo ſanguine vita fluat:
Scripta toro recubans fertur legiſſe Platonis,
Queis animis nullum funus ineſſe monet.
Vna manus ferrum ſtringit, gerit altera librum,
Vvlnera ſi ferrum, balſama ſcripta ferunt.
Mortali ſoluit ferrum dum littore puppim,
Quà portum teneat pagina monſtrat iter.

Digitized by Google

Batauus ab Anglo nauali prælio deceptus vincitur.

EPIG. XIV.

DEcertant Anglæ Batauа cum claſſe carinæ,
Et magnis odijs prælia magna cient.
Eminet ingenti ratis vna Brittanica mole,
Regalem Batauus qua putat ire Ducem:
Viribus hanc contra totis ferus irruit hoſtis:
Ductorem & pugna perdere Ductor auet.
Sed vix admotæ concurrunt æquore puppes,
Fœta patent ſtructis Anglica ligna dolis.
Scilicet hoſtili ſurgunt incendia ligno,
Cœlataſque vomit vaſta carina faces.
Nauigio in tanto fertur non Ductor Iorca,
Tartareus cæca tu rate Pluto lates.
Tam ſubito Batauus flagrat correptus ab igne,
Aera per medium cum Duce ligna volant.
AEquoreo ſtrident combuſta cadauera fluctu,
Nec potis eſt tantas vincere lympha faces.
Confeciſſe valent ingentia prælia fraudes:
Non ſemper palmæ præmia robur habet.
Nec geſſiſſe ſatis fortè eſt in prælia pectus,
Ni quoque par cordi ſit vigor ingenij.

AD ACM I C VIM

Qui pro Theca arenaria Atramentarium ſuper deſcriptam epiſtolam ſpargit.

EPIG. XV.

SCribitur in nitidis nitidiſſima littera cartis,
Littera vulgarem non aditura ſitum.
Quam ſiccare tamen ſparſo dum puluere tentas,
Diffluit è nigris humida facta vadis.
Atramenta licet vas hic diſcernat arenis,
Humida fallaci ſpargitur vrna manu.
Candida dilutis nocteſcit carta tenebris,
Nigricat vt ſubita lucida nocte dies.
Sed quæ patrauit, delet quoque dextera crimen,
Scribere deletas dextra coacta notas.
Huic par romanæ conſurgit gloria dextræ,
Scæuola peccantem plectit & igne manum.
Vritur illa rogis ſua ſed dum crimina delet,
Cautior hæc viuit crimine facta ſuo.

***

BRVTVS CONSVL

Propriosfilios capite plectit.

EPIG. XVI.

BRute reos mortis potuiſti dicere natos?
Nil duro potuit pectore patris amor?
Tu tua lictori ferienti pignora tradis?
Et ſiccis ſpectas funera luminibus!
Cernere quæ populus refugit, pœnâve, ſceluſue
Ambiguus perſtans oderit ille magis.
Tu Genitor poteras natos abſoluere: quos iam
Dixiſſes capitis conſulis ore reos.
Non tamen eſt mirum genitor ſi pignora dãnas:
Qui pater eſt conſul, deſinit eſſe pater.

METIVS

METIVS DVX ALBANORVM

Dum in bello
A Tullio Oſtilio deficit
Duabus à quadrigis diſcerptus proditionis pœnas luit.

EPIG. XVII.

OCcidit è binis diſcerptus mēbra quadrigis,
Dum pœnas ſoluit perfidiæ Metius.

Diſcerpta in binas abierunt corpora partes,
Vno quæ bina in pectore corda gerunt.

Proditor eſt hoſtis, dum ſe mentitur amicum:
Qui culpa eſt duplex, pœna facit duplicem.

Digitized by Google

DE CYRI CAEDE

EPIG. XVIII.

DVm lætus victa Cyrus Babylone triũphat,
Tentat & adiunctis bella mouere Scytis:
Victorem Cyrum Tomiris Regina coercet,
Victor & inſtructis vincitur inſidijs.
Deuictæque dolis Perſæ cecidere cohortes:
Rex perit immiſtus ſtragibus arte pari.
Sed Regale caput voluit Regina recidi:
Merſaque ſanguineis ora natare vadis:
Quin etiam ceruix dũ mergitur amne cruento:
His ferit inuiſum vocibus illa caput.
Nunc age ſanguineos lato bibe gutture riuos,
Cuius tanta tuo ferbuit ore ſitis.
Quæ vitare puer potuiſti vulnera cædis:
Hæc modo ſera tibi fata dedere ſeni.
Vixiſſes dignus meliori funere: ſi tu
Regnandi poteras Rex habuiſſe modum.
Non ſitit hæc latices ceruix Regina cruentos,
Regnorum eſt cæſis, ſed ſitis vna labris.

RVSTI-

RVSTICVS PINGVEM CAPELLAM

Tanquam euiſceratum canē vulgi rumore deceptus proicit.

EPIG. XIX.

RVſticus infectam defert poſt terga Capellā,
Tam modicæ viuat mercis vt è pretio.
Conuenit hunc hilaris veniens ex vrbe Iuuētus:
Quo catulum defers? vnus, & alter ait.
Lacte Capella madet veſtris digniſſima menſis:
Et vili pretio cui placet empta datur.
Furcifer hunc audes Catulū dixiſſe Capellam:
Os Canis, & villos cerne: Catellus hic eſt.
Indicti paſſim Catulum per compita dicunt:
Iamque putat Catulū ruſticus eſſe Caprā.
Proicit & Capram Catulum de nomine factam:
Ne vulgo credas, Capra Catella latrat.

DE

DE MVLCIBRE PICTOR.

EPIG. XX.

Virginis eximiæ formæ connubia poſcit,
Quam ferri caſto deperit igne faber.
Non placet, hæc dixit, tinctus fuligine coniux:
Pingere ſi diſcas? fortè maritus eris.
Illius haud ferrum tractat, ſed dextra colores,
Suſtentantque leuem brachia penniculum.
Mulcibre de nigro ſummus celebratur Apelles,
Optatoque diu connubio fruitur.
Nam fabri placitam pinxit qui corde puellam,
In telis formas pingere monſtrat amor.

MILTIADES

Poſt celeberrimam in Maratonio agro partam Victoriam: ob non apud Paron Inſulam feliciter pugnatum, mulcta damnatus carceri addicitur, cui ne mortuo quidem ſepulcrum niſi retento in vinculis filio ab ingrata patria conceditur.

EPIG. XXI.

Miltiades te vincla tenent, & carceris vmbræ?
Emeritò hæc ciui patria dona refers!
Perſarum euerſis debet quid millibus vnus?
Cui debes cenſus, mœnia, membra, lares.
Hoſtilis ſparſus quid tot per vulnera ſanguis,
Seruatuſque tibi quid valeat reputa.
Hac ratione placet damnatus debitor: ergo
Quæ debes ciui patria vincla ſubi.
Non te Miltiades vinciri compede vellet,
Nec vidiſſe pudet vincula Miltiadis?
Exigis extincto quin tu de corpore mulctam,
Et viua in pretium membra cadauer habet.
Efferat vt patrem, vincit ſe compede proles:
Carceris hæc tenebras, ille ſubit tumuli.
Nominis vtrique æternos dat fama nitores,
Quos ſplendere magis carceris vmbra facit.
Virtuti meritam mercedem gloria pendit,
Quæ patriæ è turpi creſcit auaritia.

ZEVXIS

ZEVXIS

Dum depictæ à ſe Vetulæ tabulam contemplatur, nimio riſu extinguitur.

****

EPIG. XXII.

IN telis Zeuxis vultus animabat aniles,
Deſinit & cœptum pingere laſſus opus.
Dumque iterum pictæ defigit lumina telæ,
Enecat auctorem picta tabella ſuum.
Scilicet in largos prorumpunt ora cachinnos,
Et mors eſt ſubitæ filia lætitiæ.
Fœmina picta ciet gibboſa, edentula riſum:
Extinctus pictor prouocat hic lacrymas.
Miretur quiſquis pictæ miracula telæ:
Tam citò pictorem miror at eſſe ſenem.
Reddiderit veram doctiſſima tela figurám:
Tu vetulæ pictor verior es tabula.

****

In

In quendam qui contra morem non raſa barba capillum totonderat.

EPIG. XXIII.

MOs eſt & tonſo barbam raſiſſe capillo,
Et nitet intonſis barba refecta comis.
Ferre ſed intonſam tonſo ſub vertice barbam,
Eſt certè in noſtra mos nouus iſte domo.
Labentis, dicis, iacturam temporis odi:
Vitaque cum barba forfice ſecta cadit.
Sic pretioſa tibi vitæ momenta lucraris,
Barbaque longa eſt, nè ſit tibi vita breuis.

CRATES THEBANVS

Diuitias mergit, nè mergatur.

EPIG. XXIV.

Diuitias Crates rapidis demergit in vndis:
Naufragio factus ditior inde ſuo.
Omnia ditatis felix nam poſſidet vndis,
Dum nil, quod placeat, non habuiſſe dolet.
Mens agilis melius naturæ arcana penetrat:
Atque animi melius fræna regit ratio.
Corpora nè pereant demergit nauita merces,
Si furit aduerſis æquoris vnda notis:
Non par eſt merces, atque omnẽ perdere gazzã,
Sirtibus his capti nè pereant animi?
Irruat armatus, qua non vi pellitur hoſtis?
Impunè effodiant aurea tela latus?
Cannabinus ſtringat funis, quid guttura refert,
An miſeram elidant ſerica vincla gulam?
Ergo diuitiæ mergantur gurgite vaſto:
Nè paruo mergant gurgite diuitiæ.

ARCHI-

ARCHITECTVS

Iulio Bruto Tribuno quinque talentis ſe eius domum non aſpectabilem redditurum ſpondet:

Brutus Architecto Decem talenta ſi domum ex omni parte humanum ſub aſpectum conſtituat, promittit.

EPIG. XXV.

ARchitectus ait, dederis ſi quinque talenta,
Luminis humani neſcia tecta coles.
Ille talenta, refert, potiùs bis accipe quinque,
Nè minima excludat lumina parte domus.
Si vitium tenebras, quærunt ſi crimina noctes;
Perſpicuæ virtus lumina lucis amat.
Quid vitaſſe iuuat peritura lumina frontis;
AEternum ſi te lumen vbique ferit?

IN QVENDAM,

Qui neſcio quod Epigr., in quo porcus exprimebatur, nimium laudabat, Querela.

EPIG. XXVI.

I Nunc, & totas inſtilla in carmina muſas,
Phœbææ laudis munera, porcus habet.
Pulſus ab exculto decedat vertice Phœbus,
Ingenti Pindum corpore, porcus habet.
Fatidicam linquant Vates Aganippidos vndam,
Ius melius vatum in pocula, porcus habet.
Aurea fila lyræ mœſtus diſcerpat Apollo,
In citharæ ſetas ſtamina porcus habet.
Nec iam laurigera texantur fronde coronæ,
Pro baccis glandē in ſtēmata porcus habet.
Porcus habet, montem, laurū, fontēque, lyrāq;
Et Phœbū, & Muſas, omnia Porcus habet.

POMA

POMA VRBEVETANA EX CERIS.

EPIG. XXVII.

QVi veros ſimulant mentito cortice fructus,
Sunt Poma è ceris cerea ducta ſuis.
Eſt pretium diſpar, concordant cætera veris,
Nam falſa hæc veris ſunt pretioſa magis.

Flores ex Serico.

EPIG. XXVIII.

NOn ſatis eſt tantum placeat ſi ſerica veſtis,
Tectaque ſit ſimili ſerica veſte domus;
Ni quoque ſit docta textus flos ſericus arte,
Fingere quos ſcrutis mos vetus ante fuit.
Nunc hominem dubitet vermē quis dicere? ſi iā
Vt vermis vermem ſemper amat ſocium.

BACCANALIORVM TEMPORE,

Dum ob Magni Ducis recens funus anno *1671.* Florentiæ laruas ferre eſſet vetitum.

Vetula ſclopo per vrbem militis in morem incedit armata.

EPIG. XXIX.

FErre vetant leges extincto Principe laruas,
Laruatum, & nullum cernimus vrbe virū.
Sed vetulam ſclopum, dixi, dum cerno ferentē,
Principis edictum fallere nouit anus.

ALIVD.
EPIG. XXX.

PVblica nè meritos confundant gaudia luctus,
Ferre vetat laruas Principis imperium.
Geſtat anus ſclopum: plectatur fœmina: ſclopo,
Quam larua riſum prouocat illa magis.

ALIVD.
EPIG. XXXI.

SClopetum vetulam cerno dum fortè gerentē:
Hæc morti, dixi, prælia ſæua parat.
Non ſclopum libitina timet, nec militis arma:
Armata at timeat ſpicula mortis anus.

ARCHI-

ARCHIMEDES

Captis à Marcello Syracuſis, dum in puluere lineas, & circulos ex more ducit, occiditur.

EPIG. XXXII.

INgreditur captam victor Marcellus in vrbem:
Et fragor, & gemitus triſtis vbique ſonat.
Omnia nam miles prædaque, & ſanguine miſcet,
Circuit & mœſtas mortis imago vias.
Impauida in tanto ſtat mens ſenis vna tumultu,
Immotuſque ſuos circinat orbe cyclos.
Cuius in occluſas miles ferus irruit ædes,
Compellatq; ſenē; quod cedo nomē habes?
Ille ſilet; ceptaſque trahens tellure figuras,
Cernit an ex recto linea ducta cadat.
Contemptum miles ſe credens; æſtuat ira,
Et ſtricto tacitum confodit enſe ſenem.
Concidit ille lubens ſignato in puluere pronus.
Credibile eſt illum ſic voluiſſe mori.
AEternam ſibi ſperauit tellure quietem,
Signata æterno quæ fuit ante cyclo.
Magna tibi quiſquis promittis? proſpice: ne te
Deſtituat præceps vita opere in medio.

TVLLIA
Regnandi cupida.

EPIG. XXXV.

QVO veſana rotas carpenti Tullia ducis?
Non frænis refugos impia cernis equos?
Per cæſos demens artus, atque ora parentis
Pulſatas cogis fuſtibus ire feras?
Regnantem, dicis, propero viſura maritum:
Cur ſtratus tardat gaudia tanta pater?
Raptatus madeat Genitoris ſanguine currus,
Regale ad ſolium dum mihi ſternit iter.
Queis ſcateat ſperno reſeratis purpura venis,
Quæ mihi regnanti terga decora teget.
Alecto has Erebo fundit non Tullia voces;
Te furiam regni dira cupido facit.
En quò carpentum moderatrix fœmina ducit:
Non benè carpentum quo ſedet, illa regit.
Tarquinium ad ſolium impulſu ſi fœmina traxit?
Excutiet ſolio fœmina Tarquinium.

Leo cuſtodi vt pareat, diſrumpitur.

EPIG. XXXVI.

DIſfractis fugiens cæcis Leo maximus antris,
Cædibus aggeſtas calcat vbique vias.
Et iam prę̄ſtātem membris, formaque puellum
Faucibus exerto beſtia dente terit.
Cum pecudei cuſtos elata voce minatur:
Nè puerum lædas, bellua, ſæua caue.
Proh mirum! auditæ vocis dum iuſſa veretur,
A cæde intacto ſubſtitit ore pecus.
Bellua ſed iuſſis tantum parere laborat,
Vt cadat eliſis mortua viſceribus.
Non hominē pudeat mōſtro didiciſſe magiſtro,
Parere audito Numinis imperio.
An tibi viſa nouum eſt paret dū bellua monſtrū?
Qui parere negant, ſunt mihi mōſtra magis.
Non eſt mortali vitam vixiſſe neceſſe:
Pareat vt iuſſis ſępè neceſſe mori eſt.
Bellua ſed moriens meruit quæ præmia? ſi fas;
Digna hæc humana bellua mente fuit.

ZEVXIS

Dum depictæ à ſe Vetulæ tabulam contemplatur, nimio riſu extinguitur.

*****

EPIG. XXII.

IN telis Zeuxis vultus animabat aniles,
Deſinit & cœptum pingere laſſus opus.
Dumque iterum pictæ defigit lumina telæ,
Enecat auctorem picta tabella ſuum.
Scilicet in largos prorumpunt ora cachinnos,
Et mors eſt ſubitæ filia lætitiæ.
Fœmina picta ciet gibboſa, edentula riſum:
Extinctus pictor prouocat hic lacrymas.
Miretur quiſquis pictæ miracula telæ:
Tam citò pictorem miror at eſſe ſenem.
Reddiderit veram doctiſſima tela figuram:
Tu vetulæ pictor verior es tabula.

*****

In

In quendam qui contra morem non raſa barba capillum totonderat.

EPIG. XXIII.

MOs eſt & tonſo barbam raſiſſe capillo,
Et nitet intonſis barba refecta comis.
Ferre ſed intonſam tonſo ſub vertice barbam,
Eſt certè in noſtra mos nouus iſte domo.
Labentis, dicis, iacturam temporis odi:
Vitaque cum barba forfice ſecta cadit.
Sic pretioſa tibi vitæ momenta lucraris,
Barbaque longa eſt, nè ſit tibi vita breuis.

CRATES

Digitized by Google

CRATES THEBANVS

Diuitias mergit, nè mergatur.

EPIG. XXIV.

Diuitias Crates rapidis demergit in vndis:
Naufragio factus ditior inde ſuo.
Omnia ditatis felix nam poſſidet vndis,
Dum nil, quod placeat, non habuiſſe dolet.
Mens agilis melius naturæ arcana penetrat:
Atque animi melius fræna regit ratio.
Corpora nè pereant demergit nauita merces,
Si furit aduerſis æquoris vnda notis:
Non par eſt merces, atque omnẽ perdere gazzã,
Sirtibus his capti nè pereant animi?
Irruat armatus, qua non vi pellitur hoſtis?
Impunè effodiant aurea tela latus?
Cannabinus ſtringat funis, quid guttura refert,
An miſeram elidant ſerica vincla gulam?
Ergo diuitiæ mergantur gurgite vaſto:
Nè paruo mergant gurgite diuitiæ.

ARCHI-

ARCHITECTVS

Iulio Bruto Tribuno quinque talentis ſe eius domum non aſpectabilem redditurum ſpondet:

Brutus Architecto Decem talenta ſi domum ex omni parte humanum ſub aſpectum conſtituat, promittit.

EPIG. XXV.

ARchitectus ait, dederis ſi quinque talenta,
Luminis humani neſcia tecta coles.
Ille talenta, refert, potiùs bis accipe quinque,
Nè minima excludat lumina parte domus.
Si vitium tenebras, quærunt ſi crimina noctes;
Perſpicuæ virtus lumina lucis amat.
Quid vitaſſe iuuat perituræ lumina frontis;
Æternum ſi te lumen vbique ferit?

IN QVENDAM,

Qui neſcio quod Epigr. , in quo porcus exprimebatur , nimium laudabat , Querela.

EPIG. XXVI.

I Nunc, & totas inſtilla in carmina muſas,
    Phœbææ laudis munera, porcus habet.
Pulſus ab exculto decedat vertice Phœbus,
    Ingenti Pindum corpore, porcus habet.
Fatidicam linquant Vates Aganippidos vndam,
    Ius melius vatum in pocula, porcus habet.
Aurea fila lyræ mœſtus diſcerpat Apollo,
    In citharæ ſetas ſtamina porcus habet.
Nec iam laurigera texantur fronde coronæ,
    Pro baccis glandē in ſtēmata porcus habet.
Porcus habet, montem, laurū, fontēque, lyrāq;
    Et Phœbū, & Muſas, omnia Porcus habet.

POMA VRBEVETANA EX CERIS.

EPIG. XXVII.

QVi veros ſimulant mentito cortice fructus,
Sunt Poma è ceris cerea ducta ſuis.

Eſt pretium diſpar, concordant cætera veris,
Nam falſa hæc veris ſunt pretioſa magis.

Flores ex Serico.

EPIG. XXVIII.

NOn ſatis eſt tantum placeat ſi ſerica veſtis,
Tectaque ſit ſimili ſerica veſte domus;
Ni quoque ſit docta textus flos ſericus arte,
Fingere quos ſcrutis mos vetus antę fuit.
Nunc hominem dubitet vermē quis dicere? ſi iā
Vt vermis vermem ſemper amat ſocium.

BACCANALIORVM TEMPORE,

Dum ob Magni Ducis recens funus anno *1671.* Florentiæ laruas ferre eſſet vetitum.

Vetula ſclopo per vrbem militis in morem incedit armata.

EPIG. XXIX.

FErre vetant leges extincto Principe laruas,
Laruatum, & nullum cernimus vrbe virũ.
Sed vetulam ſclopum, dixi, dum cerno ferentẽ,
Principis edictum fallere nouit anus.

ALIVD.
EPIG. XXX.

PVblica nè meritos confundant gaudia luctus,
Ferre vetat laruas Principis imperium.
Geſtat anus ſclopum: plectatur fœmina: ſclopo,
Quam larua riſum prouocat illa magis.

ALIVD.
EPIG. XXXI.

SClopetum vetulam cerno dum fortè gerentẽ:
Hæc morti, dixi, prælia ſæua parat.
Non ſclopum libitina timet, nec militis arma:
Armata at timeat ſpicula mortis anus.

ARCHI-

ARCHIMEDES

Captis à Marcello Syracuſis, dum in puluere lineas, & circulos ex more ducit, occiditur.

EPIG. XXXII.

INgreditur captam victor Marcellus in vrbem:
Et fragor, & gemitus triſtis vbique ſonat.
Omnia nam miles prædaque, & ſanguine miſcet,
Circuit & mœſtas mortis imago vias.
Impauida in tanto ſtat mens ſenis vna tumultu,
Immotuſque ſuos circinat orbe cyclos.
Cuius in occluſas miles ferus irruit ædes,
Compellatq; ſenē; quod cedo nomē habes?
Ille ſilet; ceptaſque trahens tellure figuras,
Cernit an ex recto linea ducta cadat.
Contemptum miles ſe credens; æſtuat ira,
Et ſtricto tacitum confodit enſe ſenem.
Concidit ille lubens ſignato in puluere pronus.
Credibile eſt illum ſic voluiſſe mori.
Æternam ſibi ſperauit tellure quietem,
Signata æterno quæ fuit ante cyclo.
Magna tibi quiſquis promittis: proſpice; ne te
Deſtituat præceps vita opere in medio.

Leo ſuper linteolum Anglici Regis cæſi ſanguine conſperſum moritur.

EPIG. XXXIII.

DVM ſecat immerita regalia colla ſecuri
Anglia, regales non ſemel auſa neces.
Fœmina lina ferens maculata è ſanguine regis,
Plena ſubit paſtis regia clauſtra feris.
Cum Leo rugitu inſolito mœrens ferit aſtra,
Queſtibus, & ſubitis grãdia clauſtra gemũt.
Non latet auditæ cuſtodem cauſa querelæ:
Obijcit & pecudi lina cruenta Ducis.
Quæ ceruice Leo curuata pronus adorat:
Linteaque è lacrymis immaduere feræ.
Vlciſci immeritam voluiſſet bellua cædem,
Quæſitam prohibent carceris antra fugam.
Ergo diù verum cordis teſtata dolorem,
Hæc ſuper immoriens lina cruenta cadit.
A ſæua coluiſſe fera diſce Anglia reges:
Rex cælum, à populis vt timeare, time.
Anglia dum geſſit ſæuarum corda ferarum:
Mollius humano bellua pectus habet.
Bellua non alio cecidiſti digna ſepulcro:
Eſt tibi regalis ſuccina gemma cruor.

Filius

Filius cum Patre naufragium paſſus Patris cadauere pro tabula vtitur, & portum tenet.

EPIG. XXXIV.

IActatus ſæuis Genitor cum Prole procellis,
Naufragij tabula viuus vterque caret.
Quam Pater immerſo præbet de corpore proli,
Naufragus & factus, naufragij eſt tabula.
Tam fragile at tutum decurrit in æquore lignũ,
Sæuire in cineres ventus, & vnda nequit.
Ergo felici ſuccedens littora curſu,
Pro portu tumulum cimba cadauer habet.
Non ſiccis lugens Proles quem fodit arenis,
Atq; hæc in tumulo carmina ſcripta notat.
Naufragium patior: Genitore cadauere vectus,
Hic portum proles, ille tenet tumulum.
Eſt tumulus mortis, vitæ ſunt littora portus:
Hic ſed principium, meta ibi naufragij eſt.

T V L L I A
Regnandi cupida.

EPIG. XXXV.

QVO veſana rotas carpenti Tullia ducis?
Non frænis refugos impia cernis equos?
Per cæſos demens artus, atque ora parentis
Pulſatas cogis fuſtibus ire feras?
Regnantem, dicis, propero viſura maritum:
Cur ſtratus tardat gaudia tanta pater?
Raptatus madeat Genitoris ſanguine currus,
Regale ad ſolium dum mihi ſternit iter.
Queis ſcateat ſperno reſeratis purpura venis,
Quæ mihi regnanti terga decora teget.
Alecto has Erebo fundit non Tullia voces:
Te furiam regni dira cupido facit.
En quò carpentum moderatrix fœmina ducit:
Non benè carpentum quo ſedet, illa regit.
Tarquinium ad ſolium impulſu ſi fœmina traxit?
Excutiet ſolio fœmina Tarquinium.

Leo cuſtodi vt pareat, diſrumpitur.

EPIG. XXXVI.

DIffractis fugiens cæcis Leo maximus antris,
Cædibus aggeſtas calcat vbique vias.
Et iam prçſtãtem membris, formaque puellum
Faucibus exerto beſtia dente terit.
Cum pecudei cuſtos elata voce minatur:
Nè puerum lædas, bellua ſæua caue.
Proh mirum! auditæ vocis dum iuſſa veretur,
A cæde intacto ſubſtitit ore pecus.
Bellua ſed iuſſis tantum parere laborat,
Vt cadat eliſis mortua viſceribus.
Non hominē pudeat mōſtro didiciſſe magiſtro,
Parere audito Numinis imperio.
An tibi viſa nouum eſt paret dū bellua monſtrū?
Qui parere negant, ſunt mihi mōſtra magis.
Non eſt mortali vitam vixiſſe neceſſe:
Pareat vt iuſſis ſępè neceſſe mori eſt.
Bellua ſed moriens meruit quæ præmia? ſi fas;
Digna hæc humana bellua mente fuit.

SCI-

SCIPIO AFRICANVS

Amicum gemmis, & auro iudicat præponendum.

EPIG. XXXVII.

COmpedibus retinet ſpecioſā Scipio Sponsā,
Quam pretio vinclis ſoluere Sponſus amat.
Vim magnā argenti, cū gemmis ſpōdet & auri,
Queis victor donis ſoluere vincla negat.
Ille agros circum, poſſeſſas addit & vrbes,
Et quæ fortunæ munera diues habet.
Omnia quæ ductor Romanus reſpuit: vno
Et pretio hoc,dixit,ſponſa redempta placet.
Si fueris verus Romanæ gentis amicus:
Quas non in pretio vincit amicus opes!
Poſſidet & tua, te quiſquis poſſedit amando:
Non te poſſedit, qui tua dona tulit.

Digitized by Google

HARPASTVM
SENENSIVM LVDVS.

EPIG. XXXVIII.

Rvbra cohors cãpo in medio cõcurrit, & alba,
Et pugnæ illicium nobile follis erat.
Quo ſtudet oppoſitam quiſquis cõtingere metã,
Qua tacta ludi præmia victor habet.
Non vna proiecta manu pila miſſilis errat,
Perque ſolum multo truditur icta pede.
Iam credas albos, credas iam vincere rubros,
Alea ſed dubios Martis vtroſque tenet.
Hic fugit en preſſis follem complexus in vlnis,
Hunc raptam en cogunt depoſuiſſe pilam.
Nemo loco patitur follem conſiſtere, ſemper
Calcibus harpaſtum tunditur, & manibus.
Quam noſtro eſt ſimilis follis luſorius orbi,
Dextera non illum poſſidet vlla diu.
Quem naſcens ſtringis, moriendo proicit alter,
His vicibus ludum ludis in orbe breuem.
Sæpè etiam ipſo quo ludis, deluderis orbe,
Vt teretem & luſu te rotat ille pilam.
Hoc igitur fias ludens nè puluere luſus;
Calce prior mundum proijce; victor eris.

Maſſi

MASSINISSA
NVMIDIAE REX

Sophonisbæ Vxori virus in munus mittit.

EPIG. XXXIX.

QVod Sophonisba tibi Sponſus facit, accipe munus;
Promiſſam ſeruant pocula miſſa fidem.
Romanum ſubijſſe iugum ſi victa recuſas?
Nè timeas forti libera morte mori.
Læta venena bibes, poteris dum dicere victa.
Non Romana mihi miſcuit iſta manus.

Sophonisbæ Maſſiniſſæ Viro reſponſum.

EPIG. XXXX.

LAEta venena bibã; ſed nõ hęc credere poſsũ,
Eſſe mihi ſponſi munera miſſa manu.
Fortunam accuſo, te non in munere ſponſum:
Mittere quæ ſponſæ non meliora ſinit.
Vt mihi dulceſcant morienti funera: dicam:
Diluit hæc mihi qui pocula, ſponſus erat.

CAMIL-

CAMILLVS

Exul Romam à captiuitate liberat.

EPIG. XXXXI.

ANguſta obſeſſi clauduntur in arce Quirites,
Et capta victor Gallus in vrbe ſedet.
Romanis auro libertas venditur; orbis
Et caput hoc pondo nonniſi mille valet.
Aurea non æqua penduntur lance metalla:
Lancibus & queritur Roma ſubeſſe dolos.
Ponderibus gladium Gallorum Regulus addit:
Augeat, & dixit, quas dedit enſis opes.
Veh victis Gallo Romanus ſentiat ore,
Externoque ſciat Roma ſubeſſe iugo.
Supplicius, Brēnuſque ſimul dum iurgia miſcēt,
Dictator Gallis arma Camille moues.
Et ſtricto aſſeritur libertas perdita ferro:
Æqua nec iniuſtis lancibus aſtra fauent.
Fortunæ quiſquis ſublimi tolleris axe,
Voluendæ timeas incubuiſſe rotæ.
Victores victo vincuntur milite Galli:
Et pater eſt patriæ, qui prius exul erat.
Roma fores vilis, poteras ſi pendier auro:
Par pondo haud Gallus, ſed tuus enſis erat.

DE

DE ILLVSTRISSIMA DOMINA ADAMANTE VECHIARELLA

Andreæ de Mutis nupta, quæ dum Animam agere à peritiſſimis Medicorum creditur, præter omnium expectationem filium parit.

EPIG. XXXXII.

Vicinæ mortis luctari crederis vmbris,
Et grauis è fœtu mox paritura doles.
Funeris exequiæ ſolito dum more parantur,
Editus exurgit pulcher in ore Puer.
Maſculeo gaudes mater lætiſſima fœtu:
Viuis & è partu iam rediuiua tuo.
Vnicus è proprio ſurgit ſi funere Phœnix:
Mors tua Phœnices parturit vna duos.

DIO-

DIOGENES

In medio Emporio hominem quærit.

******

EPIG. XXXXIII.

LAterna Cynicus lucentem lampada defert,
Accenſæque facis circuit igne forum.
Non eſt quam Cynica luſtret non luce taberna,
Angulus & magna nullus in vrbe latet.
Quid facibus quærat, compellat turba Sophiſtā,
Conferta hac, dixit, quærimus vrbe virū.
Non mihi, ſed vobis laternæ hæc lumina lucent,
Quæ monet haud hominem, quodlibet eſſe pecus.
Prælucent oculis media quæ lumina nocte:
Hæc menti media lumina luce nitent.

POM-

POMPILII
Ad Anthiocum Legatio.

EPIG. XXXXIV.

OBſidet Antiochus ditiſſima Regna Canopi ,
　Quod non in regem Roma probat ſocium.
Hinc iubet obſeſſis hoſtem decedere campis :
　Conſilium vt capiat , poſcit at ille moras .
Signato in gyrum concludens puluere regem
　Pompilius virga , ſic breuis ore tonat .
Decerne incluſus pacem hoc , ſeù prælia gyro :
　Reſponsũ hic tabulis,ſtans pede redde meis.
Antiochus dictis tam duris territus : inquit ,
　Quæ non Roma probat,non ego bella gerã.
Mortalis quiſquis meditaris prælia Cælo :
　Hoc gyro incluſus conſilium capias.
Sunt hæc æternæ notiſſima ſymbola vitæ :
　Te cinerem puluis , denotat aſtra Cyclus.
Nulla ſalus bello, pacis data munera poſce :
　Pompilij & dictis tu magis aſtra time .

HEN-

Digitized by Google

HENRICVS VIII.

Dum morti proximus amicis propinat, his verbis vitam clauſit: Amici omnia perdidimus.

EPIG. XXXXV.

INfirmo Henricus moriturus corpore languet,
Et poſtrema ſibi gaudia vina petit.
Quæ dum non læta Rex fronte propinat amicis:
Hos dedit è lacrymis ebrius ore ſonos.
Omnia perdidimus, Proceres, hæc vltima tellus
Dona refert: cælo ſpes mihi nulla viret.
Heu quanti ſtabunt vetiti connubia lecti:
Quam lõgùm in viduo mẽs erit ægra thoro!
O vina, ò vitrum perituræ ſymbola vitæ!
Quã fragile eſt vitrũ, quàm citò vina fluũt!
Vita velut vitrum ſubito diffringitur ictu:
Et poto citiùs diffluit illa mero.
Nulla tibi tanti fuerint connubia, ſpreti
Vt pretio placeant ætheris empta pari.
Quid nunc ſceptra iuuant, regnum, ſeu purpura: tantum hæc
Si durant, quantum ſorbitio eſt cyathi!

ALEXANDRI EPHEBVS

Ne ſacra interrumpat, Dexteram ardere patitur.

EPIG. XXXXVI.

Regius ante aras facibus prælucet Ephebus,
Dum flammis ardet thuris odorus honor.
Iamque perimmiti funalibus igne liquatis,
In pueri ſæuit torrida flamma manum.
Non timet hic flammis ardenrẽ cernere dextrã,
Nulla nec in vultu ſigna doloris habet.
Victima plus ſentit iugulata, & cæſa fauillas,
Quam pueri accenſos dextera viua rogos.
Blande puer tantis molleſcunt marmora pœnis,
Si non è pœnis Numina falſa tuis.
Ipſe tuæ cedit Romanus Scæuola dextræ:
Hæc flagrat è cauſa dum meliore manus.

CLEO-

Digitized by Google

CLEOPATRA

Aſpide admota ſibi mortem infert.

EPIG. LXXXXVII.

Regia lethales tractat cur dextra ceraſtas?
  Tangere purpureas dextra ſueta roſas?
Quæ poſtrema tibi reſtat guſtanda voluptas:
  Hanc tibi de morſu vipera ſæua dabit?
Cum iam deſipiant dilutæ in pocula gemmæ;
  Gratius epotum, vulnere virus habes?
Hinc miſera è multis placiturum ſeligis anguē,
  Et niſi delectu vt vina venena bibes?
Seruire Auguſto bello deuicta recuſas?
  Turpius Antoni ſeruitium & placuit!
Scilicet hos pariunt mortalia gaudia luctus:
  Poſtremum & munus criminis, Aſpis erit.

PHI-

PHILIPPVS MACEDO

Pugnans à ſagitta in oculo confoſſus, dum fortuitum vulnus putat, extracto telo in eo legit. Aſterus Philippo.

EPIG. XXXXVIII.

PEr medias acies telum fatale corruſcat,
Iamque oculis regem miſſa ſagitta ferit.
Lumine qui læſus fortunæ Numina culpat,
Quam putat inflicti vulneris eſſe ream.
Sed trahit inuiſum facto dum vulnere telum,
Hoc telum inſcriptū cortice carmen habet.
Accipe quæ Regi mittuntur dona Philippo,
Aſteri certa ſpicula torta manu.
Tollite mortales fortunæ numen inane:
Cuncta regit certum Numinis imperium.

SACER

SACER ORATOR

Dum Pulpitum ſcandit Clepſydra frangitur.

EPIG. XXXXIX.

DVm ſacer Orator dicturus pulpita ſcandit,
Frangitur in ſolidum Clepſydra lapſa ſolū.

Ne caſum damnes: quæ diceret integra longū,
Dicere te longum Clepſydra fracta nequit.

ALIVD

EPIG. L.

CLepſydra quę ſiccis tātū modo currit arenis,
Frangitur hæc templi dū ſacra roſtra ſubis.

Nam multo, dixit, curtis dum turbidus auro,
Eſt mea diuitijs vilis arena tuis.

DE PHILOSOPHICA GYMNADE

Autumnalibus feriis in cellam vindemiatoriam conuerſa.

EPIG. LI.

QVæ ſophiæ Gymnas fuerat, fit Cella lyæi:
Atramenta tibi nigra phalerna dabunt.
Vinitor hic vuas vbi docta in ſcripta liquatum
Præceptor cerebrum præſſerat ante ſuum.
Qui repetens ſæpè argumenta ſcholaſticus hæſit,
Quam felix repetet pocula plena mero!
Nè proin hic vacuum natura dediſſe laboret;
Nomine ſcripta ſuo eſt anphora diſcipulus.
En ſolus vacua Cynicus raptatur in vrna:
Plena quot allicerent dolia diſcipulos!

IN NERONEM

Senecam Præceptorem occidit.

E P I G. L I I.

NOn ſatis eſt proprio ſęuiſſe in viſcera matris:
Præceptor pereat ni quoque ſorte pari?
An quia defunctum poteras non perdere patrē:
Hinc Senecam damnas, qui pater alter erat?
Qui patris eſſe loco ſanctè voluere magiſtros:
Præſcire haud poterant te Nero diſcipulum.

IN IDEM ARGVMENTVM.

E P I G. L I I I.

VBeris eloquij dederas præcepta magiſter,
Æqua Nero reddit præmia pro meritis.
Effluat arſuro, dixit, de corpore ſanguis,
Merſaque ſunt calidis lãguida mẽbra vadis.
Dicendi eloquium referet cruor, ipſe nequibis
Orator calido frigidus eſſe lacu.

LVCII VIRGINII

Filia Lucio Licinio deſponſa, ne Appii Claudii Decemviri dolis ſuccumbat, à patre occiditur.

E P I G. LIV.

DEperit inſano ſponsā dum corde Decemvir,
Tecta placent falſa crimina iuſtitia.
Obijcitur patri furto rapuiſſe puellam ;
Mancipium alterius quæ fuerat domini.
Cogitur & genitor furti mox dicere cauſam,
Dum ſedet hic iudex qui faber eſt ſceleris.
Furta patere magis iurat quam lumina ſolis:
Quæque iubet iudex impia facta probat.
Quid faciat genitor, rapitur dum filia ſponſo?
Seruiat vt turpi filia flagitio.
Coniugio, dixit, genui non pignora ſtupro:
Tu fur es iudex, non pater ipſe latro.
Dein ſtricto impauidus feriens mucrone puellā,
Carnifici, dixit, filia parce patri.
Viuere caſta nequis, ſeruabis cæſa pudorem:
Tu iudex fuſi ſanguinis eſto reus.
Eſt nullum maius crimen mē iudice; quāquod
Defenſus patras iuſtitiæ Clypeo.

Quo

Quo male dum vitas mortalis vulnera dextræ,
Diuinæ irritas fulmina ſæua manus.
Quæ mihi quæſitam reddet medicina ſalutem,
Immiſtum virus ſi latet antidoto.
Criminibus faſces, ſceleri ſi iura fauebunt:
Antiquum timeant ſæcula noſtra Chaos.

PISANDER

Vmbram proprii corporis timet.

EPIG. LV.

PIſander proprij terretur corporis vmbra,
Perpetuoque dolet tergus ab hoſte premi.

Irrides? at ſi pendas rem lancibus æquis,
Quem timeas, nemo te prior hoſtis erit.

AD

AD RVSTICVM

Qui Sacram Euchariſtiam ab incenſo Montis Faliſci templo extraxit illæſam.

EPIG. LVI.

DVM violẽs tẽplũ populatur flãma vetuſtũ,
Et tectum, & muros fumus, & ignis habet.
Nè Diuina Ceres pereat combuſta fauillis,
Per medios audet Ruſticus ire focos.
Extrahit arſurum dextra flagrante Tonantem,
Quæ ſacra eſt victis dextera ſacra focis.
Dextera ſi Muti plectit ſua crimina flammis,
Fortunæ flammis corrigit iſta ſcelus.
Hæc feciſſe magis potuit, non Ruſtica dextra:
Errando & fecit Mutia dextra minus.

AD EVNDEM RVSTICVM.

EPIG. LVII.

QVæ ſacram è flãmis extraxit dextera frugẽ,
AEternos timeat nè pia dextra rogos.
Nam quis tam ſæuũ poterit ſibi fingere Numẽ,
Vt ſeruatorem puniat igne ſuum.
Ignibus è ſacris ardeſcant pectora: cuius
Numine ſeruato flagrat ab igne manus.
Extulit Aeneas Anchiſem ex igne: Tonantem
Seruaſſe è flammis eſt tibi maior honor.

AD

Ad Seruum Dominum interrogantem, an Bellaria ex mero Saccharo confecta ſolemnis ieiunii feriis menſis apponere prohibeamur.

EPIG. LVIII.

Sint carnes dubius quærit nũ pẽmata ſeruus;
Pemmata Sacchareis dulcia facta fauis.
In riſum, & largos prorumpunt ora cachinnos,
Quam quęſo ſpeciẽ Sacchara carnis habẽt?
Sanus vt hæc dubites modo num ieiunia frangãt,
Queis ſacra nos carnes mandere iuſſa vetãt.
Dum tamen hæc quæris, dubio maiore laboro:
Sis ne caro, an piſcis? dic mihi? Serue taces?

PRO

IN EVNDEM SERVVM.

EPIG. LIX.

PEmmata tu domino quocũq; in tẽpore poſcit,
Nè dubites menſis appoſuiſſe tuo.
Dulcia non vetitæ ſunt hæc bellaria carnes,
Debeat vt iuſſo menſa carere die.
Non caro cara gulæ, pretio ſunt pemmata caro,
Nè prohin hæc noſtra lege vetamus edas.
Sint velut hæc primo tibi poma negata parenti,
Hora qua mandis: ſeruitio moreris.

PRO EODEM SERVO.

EPIG. LX.

PEmmata ſi renuit menſis apponere Seruus,
Dum ieiuna fluit tempore ſacra dies.
Laudibus eſt potius, quam riſu dignus habẽdus,
Nam negat in mœſta fercula læta die.
Eſto non vetitæ ſint dulcia pemmata carnes,
Sed ſunt hæc vetitæ pemmata deliciæ.
Dum ſacra diuinæ celebrantur funera cædis,
Eſt cinis in menſis aptior eſca tuis.
Dilutum dum felle bibit mihi Numen acetum:
Sint oculis lachrymæ ſacchara fuſa meis.
Eſt gula, non Seruus maiori digna cachinno,
Et bonus hic Seruus, non ſapit; atq; ſapit.

CATO

CATO

Per Libyæ deſertum exercitum ducens ſiti copiis laborantibus, ſibi oblatas lymphas per arentem arenam ſpargit.

EPIG. LXI.

PEr Libyæ deſerta Cato trahit agmina ductor,
Nullaque in arenti puluere lympha ſonat.
Prætendunt ſpiſſæ ſitientia labra Cohortes,
Ardet & immiti ſolis ab igne iecur.
Ductori latices magnis ſudoribus emptos,
In galea miles detulit exiguos;
Illico quas ſiccis hærentibus ore labellis,
In bibulo Ductor puluere ſpargit aquas.
Omnibus & largè ſparſus iam ſufficit humor,
Qui nulli poto pelleret imbre ſitim.
Qui ſitiat Miles Duce non ſitiente Catone?
Deſinit exemplo pota ſitire ſitis.

DE

DE FERDINANDI II. MAGNI ETRVRIAE DVCIS

Phrenoſchemate, in quo videntur Roſę ſpinis armatæ cũ lemmate. Gratia obuia vltio quæſita.

EPIG. LXII.

VT roſa non emptum latè diffundit odorem,
Nec pulchræ eſt illi frontis auarus honor.
Sic vltro larga ſpargis tu munera dextra,
Et prodeſſe tibi, non nocuiſſe placet.
Et velut in miti ſpina eſt innoxia flore,
Nec niſi quæſito vulnere ſæua fodit:
Sic venit inuitum Fernandi ad vulnera ferrum:
In ſe culpa furit, non tuą dextra ferit.

CAM-

CAMBYSES REX

Temulentiæ à Præſaſpe arguitur, cuius filii cor temulentus certo ictu è longinquo eiaculatus ferit, Quòd facinus Præſaſpes pater cernit, & laudat.

EPIG. LXIII.

PRæſaſpes Regem culpat dum forte bibacem,
Non placida hic veros excipit aure ſonos.
Palpari & vitia, haud retegi ſibi regia mallet:
Vera odium vt ſemper lingua locuta parit.
Noxia ſint nobis, dixit, num vina videbis,
Mendacemque tuo protinus ore canes.
Largius at poſtquam cyathis indulſerat: arcus
Præſaſpis metam pectora prolis habet.
Quò Rex tam certum meditatus dirigit ictum,
Vt medio cernat ſpicula corde pater.
Nec vidiſſe ſatis reputat, niſi vulnera laudet,
Et phæbo dextram prædicet vſque parem.
Non culpanda fuit, ſubdit Rex, copia potus,
Eſt mihi ſi tam poſt pocula certa manus.
Hunc quis non dicat meritò ſine corde Parentē,
Cui prolis vulnus cor tetigiſſe nequit.

Si cor erat; poterat crudelem dicere Regem,
Et cum prole mori, aut viuere ſorte pari.
Rex dextra: viſu Præſaſpes peccat, & ore:
Et minuit regis crimina culpa patris.

***

AD PRAESVLEM

De AEge Palæſtrita qui mutus cum eſſet, ob illatam iniuriam, Diſertus euaſit.

EPIG. LXIV.

MVtus erat præſtãs magnis, ſed virib' AEges,
Sternere luctando corpora doctus humi.
Hic dum ſe parto ſpoliari cernit honore,
Fraudibus & pugnæ rapta trophæa dolet:
Diſrumpit mutæ duriſſima vincula linguæ,
Et retegit ſtructos garrula lingua dolos.
Quas habeat vires violens iniuria cernis:
Labra hæc iuſtitiam facta diſerta docent.
Tu leges igitur pendes dum lancibus æquis,
Dirigat hæc dubiam lingua locuta manum.

THEO-

THEODORICVS IMPERATOR

A prægrandis Piſcis capite ſibi inter epulas appoſito territus, moritur.

EPIG. LXV.

CVr illata paues pretioſæ fercula lancis?
Qui furor eſt piſcis pertimuiſſe caput!
Fluctibus humano paſcatur corpore Cetus,
In ſicco humanæ eſt eſca ſed ille gulæ.
Omine magna nouas ſubdit ſibi bellua gentes,
Incidit in caſſes quæ modo capta tuos.
Ille ait: heù quali terret me Symmachus ore,
Quis mihi ferales obtulit ante dapes?
Quas non ſanguinea iaculatur luce ſagittas?
Quas non terrifico fulminat ore minas?
Ah precor inuiſum menſis auertite monſtrum,
Corrodat potius viſcera ſæua fames.
Concepti at pauida bacchantur mente timores,
Ingens ſuffocat regia corda pauor.
Conditum ſi culpa times in fercula piſcem,
Num pauida irati ſudicis ora feres?
Tu nondum patrata time nunc crimina: ne te
Vel duplici feriat culpa patrata nece.
Innocuum vt caueant reges fudiſſe cruorem:
Hæreat hæc piſcis ſpina ferox lateri.

De Familiæ BVSSIAE Stemmate, in quo duo oculi videntur, Quod poſt equeſtrem ludū, cæteraq; in Diuæ Roſæ cultum, A Iulio Buſſio exhibita ſpectacula feſtiuis ignibus exarſit.

EPIG. LXVI.

EXpleto arſerunt haſtarum ſtemmata luſu,
Inclyta Buſſiadum ſtemmata luminibus.
Læta ſed inſpectis moriuntur lumina ludis:
Viſaque ſunt tales vſque dediſſe ſonos.
Æternis oculi gaudentes claudimur vmbris:
Præſtat viſuris non meliora, mori.

De Gemmeis globis eodem in Equeſtri ludo à Roſidoro Synceritatis Patrono affabrè ſimulatis.

EPIG. LXVII.

TAm benè gēmarū docuit quis fingere nexus?
Non eſt ſynceræ fallere mentis opus.
Non fallis vitri ſimulas dum luce pyropos:
Quid ſit ſyncerè lucida gemma mones.

De

De Gratimauri Criſta eodem in ludo ex Columbarum pennis ingenioſè fabricata.

EPIG. LXVIII.

Qvā pulchra è niueis ſurgit tibi criſta colūbis!
Texere quod Pallas vix potuiſſet opus.
Maxima pro tenui debetur gloria penna:
Si foret hæc diues, gloria nulla foret.

De Lucimauri Criſta eodem in ludo ex coloratis paleis mirè contexta.

EPIG. LXIX.

CRiſta coloratis ingens tibi creſcit ariſtis,
Quam docta è ſcita texuit arte manus.
Vna columbarum pennis hæc æmula pugnat;
Materiam textum vincit vtrumque ſuam.

De Fidalti lacinijs ex paleis, quæ eodem in ludo aureas ſimulabant.

EPIG. LXX.

IGnis edax ſolidum quamuis nec cōterat aurū,
Et vix admotis cedat ariſta focis;
Aurum, quod ſimulat durando hęc vincet ariſta,
Cui famæ poſthac vita perennis erit.

De

De Aquilindi veſte, eodem in ludo ex contuſa papyro fabricata.

EPIG. LXXI.

CONtuſa fulget veſtis tibi texta papyro,
Miſtaque cum pomis, florida ſerta virent.
Inſcripta æternùm viuunt ſi nomina chartis,
Nomen & æternum pagina texta dabit.

De Oſiridis trabea eodem in ludo Phrygio acu depictis oculis exornata.

EPIG. LXXII.

LVminibus centum trabeatus fulget Oſiris,
Quem vidiſſe ſatis plurima turba nequit.
Quid mirum ſimili gaudent dum cætera forma,
Si viſis gaudent lumina luminibus?

IN IDEM ARGVMENTVM.

PHœbæa haud impar dum luce renidet Oſiris,
Et circum populi lumina mille trahit:
Quid mirum innumeris fulget ſi veſtis ocellis?
In placita populi lumina veſte gerit.

AD

AD COSMVM III.
MAG. ETRVRIAE DVCEM,

Quod in ſolemni D. FRANCISCI Borgiæ Apotheoſeos celebritate, Florentini Societatis IESV Templi pauperta- tem, pretioſis phrygio, acu depictis aulæis ditatam voluit.

E P I G. LXXIV.

QVæ Florentino ſurgit tibi gloria Templo,
Sunt hæc Medicei, Borgia, dona Ducis.
Hic muros texto ſplendeſcere iuſſit ab auro,
Qua poterant cæli ſydera veſte tegi.
Sydera terrificis ſplendent animata figuris,
Aulæis choreas ducitis Aligeri.
Os pueris varium, non vnus corpore geſtus,
Penniger haud aliter ludit in axe chorus.
Et bene: ſi cæli paries nitet extimus aſtris:
Hac fuit interius veſte tegenda domus.
Fulgurat aſtrifero quæ plurima bellua cælo,
Mediceæ vigilet veſtis ad excubias.
Dum Clemens dicit cælo te viuere: Coſmus
Te facit & terris incoluiſſe polos.
Aulæa Attalica non iam celebrentur ab aula:
Nomine Mediceo nobiliore ſonent.

OTHO TRVXES

S.R.E. CARD. AVGVSTAE,

Dum P. Lainio Societatis IESV Præpoſito Generali extincto Cenotaphium Dilingæ erigit, purpureis veſtibus tegit.

EPIG. LXXV.

LAinio quod Otho mandas cõſurgere funus?
Hoc quod pro nigra purpura veſte tegit.
Nõ fuit hoc tumulũ, fuit hoc ſed grãde trophęũ
Erigere Auguſta num voluiſſe manu?
Non ea digna tuo cenſebas funera luctu,
Quæ cælo Sydus læta dedere nouum.
An quia dignus erat ſummâ te iudice Mitra,
Et ſummo dignum Præſule funus habet?
Purpurea vt Summũ tumulamus veſte Parentẽ:
Purpureâ & Lainez veſte gemendus erat.

DOMI-

DOMITIVS CRASSO

Fuſas in Murenæ funere lacrymas exprobat, Craſſus è contra Domitium arguit, quod tres Vxores extulerit ſine lacrymis.

EPIG. LXXVII.

QVod lõgos fundat Murenæ in funere luctus,
Tu Domiti Craſſum dente petis Cynico:
Extuleris tres Vxores quod lumine ſicco,
Crimine maiori te notat ille reum.
Lugentem Craſſum cœnoſi funera piſcis
Non laudo: Domiti nec fera corda probo!
Vxorum poſcunt lacrymas pia munera flammæ:
Muræna eſt vndis, ſed ſatis vda ſuis.
Mollia ſunt nimium plorantis pectora Craſſi:
Tu vincis Domiti, ſed feritate Tigres.
Murænam extinctam plorabit lumine Craſſus?
Non eſt mors animæ cauſa dolenda meæ!
Non flere Vxores alienum eſt temnere funus:
Morte ſua gaudet, cui ſua culpa placet.

MAGDA-

Digitized by Google

MAGDALENA VIRGO
I A P O N I C A,

Dum pro Fide crematur, carbones accenſos capiti inſerit.

EPIG. LXXVIII.

MAgdala dum medijs ardet lætiſſima flãmis,
Non prunas pœnas, ſed putat eſſe roſas.
His ſibi nam capiti nectit ſtudioſa coronam:
Et magis arridet quæ mage pruna calet.
Quiſquis amat fragiles rapido legat æquore gemmas:
Hoc nitet æternùm, qui lapis igne rubet.
Seligat ardenti victurum ceſpite ſertum,
Cui roſa temporibus non peritura placet.
Quem timeas, tales carpes dùm puluere flores:
Iuppiter, aut Pluton non tibi raptor erit.

MAGDA-

MAGDALENA IAPONICA
Dum in Cruce pro Fide pendet Cæli aſpectu fraudari queritur.

EPIG. LXXIX.

FErali confixa cruci dum Magdala pendet,
  Aſtra cupit lætis cernere luminibus.
Immotum ſed ſæua fodit dum lancea pectus,
  Inflicto tantum vulnere ligna labant.
Quo motu concuſſa cadunt velamina frontis:
  Obnubuntque oculos linea vela tuos.
Tunc primum in largas prorũpunt ora querelas,
  Et ſiccæ lacrymis immaduere genæ.
Dum ſublata dolet dulcis ſolatia mortis,
  Lætari optati ſyderis intuitu.
Non dolet hoc, dixit, terebrat quod viſcera ferrũ,
  Sola dolent oculis aſtra negata meis.
Fœmina ſed iuſtos cordis iam comprime luctus,
  Non oculos mentis veſtis opaca teget.
Officio defuncta ſuo ſe lumina condunt,
  Dum tua luce polos mens propriore videt.
Sic, dum nocturnas duplicat nox atra tenebras:
  Proxima naſcentis lumina ſolis habet.

LAPI-

LAPIDICINA
LIBER TERTIVS.

* * *
* *

AELIVS PONS
A Clemente X. Pont. Max. Romæ exornatus.

E P I G. I.

HIC vbi ſuſpenſo calcatur marmore Tybris,
Et facile ad Petri limina ducit iter:
Flumina dū pede, ne ſicco quoq; lumine tranes,
Naulum à te Clemens exigit è lacrymis.
Hæc necis inſtrumēta ferunt ſimulacra Tonātis,
Et viua Aligerū in marmore forma gemit.
Spongia præfertur, Titulus, Crux, Lācea, Claui,
Lina manu, Veſtis, Flagra, Colūna, Vepres.
An cur nulla ferant poſcis ſimulacra cruorem?
Symbola, quæ currit ſanguinis, vnda gerit.
Cauſa necis tantæ renuis ſi flere viator:
Pro te nūc lacrymis marmor, & vnda fluūt.

FONS

FONS PAMPHILIVS

Ab Innocentio X. Pontif. Maximo in Agonali Foro Romæ erectus.

EPIG. II.

MVſa forū cernis, media quod ſternitur vrbe,
Et priſcum dubij nomen Agonis habet.
Tollitur hinc ingens ſuperas Obeliſcus ad auras,
Roma nouo fuſis fonte ſuperbit aquis.
Hoc Bernine tibi ventura in ſæcula nomen
Æternum inciſo in marmore ſpōdet opus.
Nil hic quod liuor corrodat dente, notauit,
Et venit è plenis fama ſonora tubis.
Hærentes magna miramur rupe coloſſos,
Et poſſe hic oculus viuere ſaxa putat.
Et meritò: nullo membrū dum crimine peccat,
Et geſtus ſuus eſt artubus arte datus.
Danubius clauum redimita fronte gubernat:
Nile tuum velant candida lina caput.
Sydera nata vides Ganges tu fronte ſupina:
Læta ſed argento lympha America ſuo eſt.
Hic benè quam referunt ſitientem ſaxa Leonē:
Hic benè quam viſis fontibus hinnit equus.

Digitized by Google

Per medios ſcopulos maculoſus labitur Anguis,
Artificique ſuo ſaxea palma viret.
Decurrunt largis naſcentia flumina venis,
Ludit & in varios mobilis vnda modos.
Concha patens vaſto labentes excipit alueo,
Quas Delphin cupido gutture potat aquas.
Ni ſpectanda fores ſacris modo Roma trophęis,
Omnibus hoc vno fonte videnda fores.
Quamuis pulchra nimis vileſcunt cætera viſu:
Hæc numquam moles cernitur vna ſatis.
Labra ſitim pellent,largo hoc de fonte bibendo:
Viſa ſed accendet luminis vnda ſitim.



De

De Marmoreo Centauri Simulacro, quod Florentiæ viſitur.

EPIG. III.

CEntauri Herculeam ſimulant quæ marmora cædem,
Sunt docta quantū marmora ſculpta manu!
AEris opus dices; ſaxum niſi viuere credas,
Qui potuit tantus fingere ſaxa labor?
Subiacet Alcidi deuictum corpore monſtrum,
Et mira preſſum, complicat arte, genu.
Erecta in vulnus claua Tirynthius inſtat;
Atque feræ in cædem pectora nuda patent.
Inuita immitis ceruicem Bellua flectit,
Et manibus tentat ſoluere vincla manus.
Muſculus hic reſilit, turgent hic ſanguine venæ;
Cernitur & vero robore dextra minax.
Nullius humani ſunt hæc miracula ſcalpri:
In marmor, iuro, diriguiſſe feram.

De

De Sabinæ raptu marmoreo Simulacro, Quod ſub Porticu maximi Fori viſitur.

EPIG. IV.

Hic tria ſigna vides, vno quę marmore ſurgũt
 Saxea de ſtupida fronte videnda trias.
Quam rapit, hic portat dorſo lætante Sabinam:
 Qui iacet: incœpit, dum ſtupet, eſſe lapis.
Expanſis manibus teſtatur rapta pauorem,
 Et gemit, & nollet ſaxea virgo rapi.
Tam graue nil mirum ſi pendet in aere marmor,
 Saxeus eſt ſaxo nam leue pondus amor.
Nulla rudis quondam cernis veſtigia ſaxi,
 Inducta hic ſilicem forma decora tegit.
Corde hic concordes vno viuetis amantes;
 Quos eadem geminos viuere petra facit.
Tã pulchra hæc ſtatua eſt, vt iã vix dicere poſſis:
 Quod modo tu cernis viuere: marmor erat.

DE

De Perſei Meduſam occidentis æneo ſimulacro ſub eadem Porticu.

EPIG. V.

CAEde Meduſæa ſtillantem Perſea cerne
Contigui haud impar marmoris æris opus.
Harpen dextra gerit, ceruice ſiniſtra grauatur,
Plantaq; Gorgoneum corpus inane premit.
Decurrit largus ſecto de gutture ſanguis:
Semper in Etruſco cæſa Meduſa foro.
Carnea ſi viſa lapideſcunt Gorgone membra,
Nè ſilicem faciant viſa metalla, caue.
Non tamen æs turpes vultus induceret; ære hoc
De pulchro, pulchrũ tu quoq; marmor eris.
Florentina ſcatet ſi pulchris Area ſignis,
An viſum iſta putes hoc genuiſſe caput?
Cur ſtatuæ hic ſurgant ſaxo ſi quæris, & ære?
Materia eſt diſpar, ſunt tamen arte pares.
Herculeas artis ſigna hæc tu crede columnas:
Non æs Plus Vltra, nec valet ire lapis.

DE

De duobus ſimulacris marmoreis, quæ ante veteteris Palatij fores excubant.

EPIG. VI.

PRæ foribus vigilant ingentes mole Coloſſi,
Ora hic Alcidis, Dauid at ille gerit.
Alcides Caci veteri de cæde ſuperbit,
Ornat & inuictos bellua cæſa pedes.
Hic fundam defert geſtamen nobile dextræ,
Concidit excuſſa qua ferus ore Gigas.
Barbatū Alcidem rugoſa hæc marmora fingūt,
Illius at pingit prima iuuenta genas.
Mendaces fortem Alcidem cecinere Poetæ.
Nobilis hic ſacra viuit in hiſtoria.
Sic ſortita parem nō ſunt hæc marmora ſcalprū:
Ieſſeus ſurgit pulchrior ore puer.
Hiſtoriæ inferior num quantum eſt fabula, tantū
Et ſculpta hęc pręſtāt marmora marmorib'?
Tam pulchrū Iuuenis Dauid Bonarota figurat,
Quam pulchrum Moſen conficit ille ſenex.
Fingeret haud alia Moſis Puer arte ſenectam,
Sic ſenio Dauid ſculpta iuuenta foret.
Tutior haud poterat figi cuſtodia tectis:
Vindicibus tantis eſt benè tuta domus.

De

De Antæi cæde marmoreo Simulacro, Quod in veteri Palatio viſitur.

EPIG. VII.

ALcidis duro cingunt quem brachia nodo,
Et cui compreſſis Ilibus ora patent:
Antæum cernis tellure parente creatum,
Qui mage vincebat, dum mage victus erat.
Concidit in media quoties illiſus arena,
Fortior è tacta ſurgere matre ſolet.
Alcides ſpectat quæ dum miracula, dixit,
Quæ tibi terra negat, Sydera fata dabunt.
Elata & plexis conſtringens viſcera palmis,
Calcatum patitur non tetigiſſe ſolum.
Dū neruoſa premunt cōpreſſum pectora ventrē,
Exerto inuitus cogitur ore mori.
Criſpa vides triſti morientia labra cachinno:
Quam turpi è rictu noxia vita fugit!
Pignora ſic pereant, genuit quæ terrea mater,
Nos partus foueant aſtra benigna ſuos.
Quas nequeunt vires, nec dicere carmina geſtus,
Exprimit hic ſculptus ſaxea muſa lapis.
Excipiunt aures deſcripta poemata chartis;
Sunt quæ luminibus carmina ſcripta ſonēt.

De Satyris æneis Simulacris, quæ in maximo foro Fonti inſident, vbi non æqualis artis marmorea ſigna videntur.

EPIG. VIII.

QVæ fontis ſimulacra ſedent hic ænea labro,
Sunt Libyæ ſiccis edita monſtra plagis.
Eſt gratum monſtris liquidis ſediſſe fluentis,
Stertere pulvereo monſtra ſueta ſolo.
Ore homines referunt, & pectore: more caprarũ
Coxendix villis, vtraque ſpiſſa riget.
Cornua frõte gerunt, pendet barba hiſpida mẽto,
Et grauat informes vngula ſciſſa pedes.
Sunt geſtus varij, deformes corpore motus,
Cornigeris quales condecet eſſe feris.
Terga ſuper, verſis contorquent brachia palmis,
Protenſa eſt varijs ænea coxa modis.
Vulgari non ſunt fabricata hæc arte metalla.
Viuidus electro ſpiritus artis ineſt.
Vita fugit ſaxis, fuſo quæ ſpirat in ære:
Non ſaxa Etruſco, digna ſed æra foro.

De

De Statua equeſtri ænea COSMI PRIMI Magni Ducis Etruriæ, Quæ in maximo foro viſitur.

EPIG. IX.

QVi ſpumantis equi ſublimis fræna coercet,
Imperat & Tuſco fuſus in ære foro:
Hic Coſmus Dux eſt, primæuo in flore iuuẽtæ,
Libera cui faſces Patria ſpontè dedit.
Idem auget donis, peperit qui ſceptra, Philippi
Dum Regis Senas munera lætus habet.
Cognomen Magni Pius addidit: ille coronat
Maiori dignum ſtemmate grande caput:
Hic Pater eſt Patriæ, ciues qui rexit amando:
Fræna lubens patitur, quæ ſibi fecit amor.
Mente fuit Phœnix, Phœnices prole perennat;
De Coſmi ſemper ſanguine, mente pares.

De

Digitized by Google

De FERDINANDI Primi Equeſtri Statua, Quæ præ foribus Virginei Tēpli Florentiæ excubat.

EPIG. X.

MAndere qui cogit generoſū fræna Veredū
Virginis & ſacras excubat ante fores:
Dux eſt Fernādus, magno hoc de nomine primus,
Purpurea quondam nobilis in trabea.
Funere cui fratris mors ſceptra ferenda reliquit,
Haud hæc ignaua ſceptra regenda manu.
Africa pugnantem quoties te barbara ſenſit,
Te Duce Medicea vincitur Hippo rate.
Sunt ſpolia immiti rapta hæc de Thrace metalla,
Quæ vultus gaudent fuſa referre tuos.
Africa Scipiadis vnum dat victa triumphum:
AEre tibi æternū hoc Hippo triūphus erit.

Digitized by Google

De æneo Apro, qui fonti inſidet.

EPIG. XI.

CVr Aper hic fontis labentibus inſidet vndis,
Faucibus in curuo tam mihi dente ferox?
Elata in vulnus ſemper ceruice minatur,
Atque oculis ſemper, ſemper & ore ferit.
Funera pro lymphis fontem diffundere credas,
Cadmæo ſæua non minus angue fera.
Quæ captiua tamen fons hic non lumina traxit?
Tam pulcher ſculpto regnat in ære furor.
Hiſpida diſtentis iaculatur ſpicula ſetis;
Siluestri hac quantum, ſed feritate placet!
Sternitur inculto curuatus marmore clune,
Perſarumque vetus dicitur artis opus.
Si bibis ore times, magna eſt vidiſſe voluptas:
Allicit hæc oculos, dū labra lympha fugat.
Non tangi voluit, voluit ſi lympha videri:
Non fonti Cuſtos aptior alter erat.

De marmoreo Alexandri Magni Simulacro, Quod extinctum militem effert.

EPIG. XII.

POſſumus in duris mortales viuere ſaxis:
In ſaxis poſſunt corpora noſtra mori.
Magn' Alexãder ſculpto hoc in marmore viuit,
Mortua confoſſo in Milite membra vides.
Languet in extincto reſolutus corpore geſtus,
Inque ſuo ceruix pondere victa cadit.
Viuidus in viuo prælucet corpore ſenſus,
Semper & algenti in marmore vita calet.
Nõ pudet hic Regem geſſiſſe cadauer in vulnis,
Occiſus miles nè careat tumulo.
Quàm ferus inſurget moriturus miles in hoſtem,
Pendeat vt cæſus ſarcina læta Ducis.
Regnantem ſolio poterat te fingere marmor:
Sculptus at hoc melius viuis in officio.
In ſolio Reges ætas videt omnis: in iſto
Seruitio Reges ſæcula rara vident.

De

De Iuſtitiæ ſtatua ex Porphyrite, Quæ ſuper excelſam Columnam erigitur.

EPIG. XIII.

QVam ſpectas celſa ſublimem ſtare columna,
Porphyreo è ſaxo Iuſtitiæ hæc ſtatua eſt.
Læua gerit binas æquatas pondere lances,
Exerto in vulnus dextra mucrone riget.
Non hæc eximij celebratur ab arte Magiſtri,
Quo regeris dotes Principis illa docet.
Vt lapis alta petit, ſic mens quoq; ſydera: pectus
Ignarum flecti marmora dura notant.
Aereas Aſtræa domos tenet inclyta: lancis
Contactus quiuis Iudicium vitiat.

De quatuor marmoreis ſimulacris, quæ quatuor Anni Tempeſtates referunt, Et pontẽ exornant, cui à Diuina Triade nomen eſt.

EPIG. XIV.

HIc vbi calcatur ſpecioſis arcubus Arnus,
Penſilis & tutum ſemita pandit iter:
Inciſo quatuor ſimulacra in marmore cernis,
Annua quæ totidẽ Tempora ſculpta notãt.
Ver gerit è vario vernat quod flore caniſtrum;
AEſtiuum cingunt ſpicea ſerta caput.
Turget in Autumni ſtipatus fronte racemus:
Ore ſenis frigens, frigida ſquallet hyems.
Ponte hoc humanæ ſimulantur tempora vitæ,
AEterna, emenſa qua tibi, vita patet.
Sculptus at è pulchro nè marmore faſcinet Arc⁹,
Eſt via: dat ſtabiles altera ripa domos.
Vnda fluens curſu fugitiuos exprimit annos:
Eſt breue Pontis iter, ſic quoq; vita breuis.
Re tamen à vita Pons hic ſed diſcrepat vnâ:
Sæpius hunc calcas; Vita ſemel teritur.

De

De Ceruice ex Porphyrite, Quæ in atrio auguſtiſſimi ruris Mag. Ducis Etrur. viſitur.

EPIG. XV.

SYdera ſuſpiciunt qui vultus ore ſupino,
Porphyreum mira marmor ab arte nitet.
Quam benè curuatis epigloſſis faucibus extat!
Quam verus cupido in lumine ſenſus ineſt!
Frons, oculi, malæ, tacito ſermone loquuntur:
Pectore ſaxa carent, cor tamen ore ſedet.
Cæſa etenim ſenſus cordis ceruice leguntur:
Non alter melius vixit ab arte lapis.
Porphyreo in duro ſculpſit quę marmore ſcalper,
In molli finget dextera nulla luto.
Scilicet æternùm labor hic vixiſſe meretur;
Et data par tanto eſt materies operi.

De

De Pueri Simulacro, quod ibidem viſitur, & nocturnum auium venatum exprimit.

EPIG. XVI.

MAgnifici auguſtas ruris quà ſcādimus ædes,
Saxeus in pulchro cernitur ore puer.
Cuius in elata dextra eſt lethale flagellum,
Ignis ab accenſa luce ſiniſtra flagrat.
Nocturnis capitur tenebris queis artibus ales:
Lux ferit ante oculos, terga flagella premūt.
Artificis placuit figmentum nobile mentis:
Igne puer lucet, lucet & ingenio.
Noctibus optatam diffundunt marmora lucem;
Nec ſpecioſa die marmora luce carent.
Sed tenebris ſpargunt alienum ſaxa nitorem:
Atque die propria marmor ab arte nitet.

De

De Copiæ Coloſſo Ferdinando II. Mag. Etrur. Duci in viridarij cliuo ex oppoſito auguſtarum ædium erecto.

EPIG. XVII.

EMinet herboſo ſtatua hęc,quę maxima cliuo,
Marmore de pario Copia nomen habet.
Dextera de pomis cornu ſuſtentat onuſtum,
Aurata Cereris meſſe ſiniſtra nitet.
Fernandi nomen ſaxum hoc immane perennat,
Quē bellū atq;fames mōſtra timēda timēt.
Perpetuæ populis riſerunt otia pacis,
Finitimos bellum dum populatur agros.
Cornua tu larga ſparſiſti hic Copia dextra,
Oppida dum rodit proxima dira fames.
Fernando duplicis debetur pompa triumphi,
Sūt digna hæc palmis ſingula mōſtra nouis.
Quid mirum tanta ſurgit ſi mole coloſſus?
AEquare hæc ſtatuas debuit vna duas.
Maior at Alcide eſt Fernandus: mōſtra ſeorſum
Vinceret Alcides, quæ ſociata necas.

***

De

De Cyclopis Coloſſo, Qui in Villa Magni Ducis Etruriæ Viſitur.

EPIG. XVIII.

IN ſaxis quantum fingendi regula poſſit,
Et quantum Artificis viuidus ardor agat:
Noſcere ſi cupias? ingentem cerne Cyclopem,
Qui magna viſus lumina mole grauat.
Nè cadat ingentem ſuſtentat dextera rupem:
Fontibus at læua marmora preſſa fluunt.
Terga ſuper, pectuſque cadit coma ſaxea frontis,
Et ferit extremos hiſpida barba pedes.
Non docta inciſus ſimulatur ab arte capillus,
Cripticus eſt crinis, criptica barba cadit.
Ignota lucent ingentia lumina luce:
Notus at ignota ſplendor ab arte venit.
Materia eſt vilis pretium dedit inclyta tophis
Virtus, quæ lapides, nec ſinit eſſe rudes.
Fingere Staſicrates poteras de monte coloſſum:
Si tibi par ſcalper, par fuit ingenium.

*****

De

De Marmoreo Sepulchro Michaelis Angeli Bonarotæ, in quo Pictura, Sculptura, Architectura, Heroem extinctum deflent.

EPIG. XIX.

QVæ tria fœmineis cernis ſimulacra figuris,
  Extincto lugent ſe caruiſſe viro.
Dilutos lacrymis miſcet Pictura colores,
  Sculptura at mœrens ora regit cubito.
Plorat & hic nulla, fabricandi Regula, norma,
  Artis dum normam marmoris vrna tegit.
Artificem te ſaxa ſuum duriſſima plorant,
  Viuere de ſcalpro, quæ potuere tuo.
Nec te mendaci Matronæ lumine lugent:
  Se quoque morte tua dum periſſe dolent.

AEnea

AEnea Ianua Florentiæ, Laurentij Iotti eximiũ opus.

EPIG. XX.

IAnua virgineum, quæ reſpicis ænea templũ,
Et reſerata ſacras cardine fundis aquas:
Quam te de cupido ſtupefactus lumine cerno!
Poſtibus atque hærent lumina fixa tuis.
Sint quibus hæc dicã fabricata metalla caminis?
Sint hæc qua dicam ſculpta metalla manu?
Nil refugit durum ſculptis æs reddere formis:
AEre ſed in duro eſt cerea mollities.
Fingeret haud melius depicta tabella figuras;
Nec calamo melius ſcribitur hiſtoria.
Viuit Adam molli telluris puluere cretus:
Eruta de coſta gignitur Eua Viri.
Ruſticus ore Cain glebas proſcindit aratro:
Pulchrior at niueas paſcit Abelus oues.
Vina coquens ſtertit nudatus veſte Noemus:
Sem negat auerſa cernere fronte Patrem.
Quis non æthercam dignoſcit in ore Iuuentam,
Excipit hic Abraham quam pius hoſpitio.
En Iſach Iacob moriturus fauſta precatur:
In ſiluis Eſau dum mouet arma feris.
Scripta gerit binis Moſes præcepta tabellis:
Terrifici at montis culmina turba timet.
Mœnia diſiliunt ſonitu quatefacta tubarum:
Plantaque Iordanis ſicca fluenta premit.

Imma-

Immanis Goliat guttur ſecat enſe Puellus:
Et ſtupet inuictam miles vterque manum.
Sed poſtrema Sabam Reginam lamina fingit,
Quæ Salamon gazis præhabet ingenium.
Quæ Regina tamen ſi viueret: hæc foret illi
Ianua maiori digna ſupercilio.
Non tu digna polo, vera es ſed ianua Cæli,
Cæleſti ſpargis dum mihi fonte caput.
Vt diſcas ſacro pulcher quam flumine ſurgis:
Æs licet hoc pulchrũ pulchrius eſſe cupit.
Biblia ſi poſſent vllis cineraſcere flammis,
Tunc foret hæc Moſis ianua fuſa liber.
Biblia diuino dictata Auctore leguntur:
Humano hoc maius creditur æris opus.

De Ligure Cothone, ſeù noua maris Pila.

EPIG. XXI.

ARcis vbi frænũ quondã nos ſenſimus: altis
Accipit iniectum molibus vnda iugum.
Accipit vnda iugum, tutæ ſuccedite puppes,
Saxorum hæc ventos durà lupata regunt.
Perſarum, fluctus, fregiſtis vincula pontis,
Non Ligures franges vnda ſuperba feras.
Plectere ſi Xerſes voluiſſet fuſte procellas,
Vinciri his poterant æquora compedibus.

Quas

Quas vndis [illegible] Vrbs hæc iam libera fixit,
Seruitio metas indidit illa pares.
Pontus vt incaſſum ſcopulorum terga flagellat,
In te etiam incaſſum ſic noua bella fremēt.
Legibus atque tuis ſemper ſic libera viues,
Vt portu hoc ſemper libera puppis erit.
Si molem hanc cernas, immiſſas fluctibus Alpes
Dixeris, atq; vdo prælia mota Ioui.
Fatalem Italiæ Iani vos credite portam;
Et clauſa hæc pacem, bella recluſa dabit.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google